
SCO
APIT
613.
2/3
Syn 7p
R


SCHOLA APITIANA, EX OPTIMIS QVIBVSdam authoribus diligenter ac nouiter constructa, authore Polyonimo Syngrapheo.

ACCESSERE DIAlogi aliquot D. Erasmi Roterodami, & alia quędã lectu iucundissima.

Veneunt Antuerpię in ædibus Ioannis Steelsij.

I. G.

1535.



IN SCHOLAM APITIANAM PRÆFATIO.

AGe igitur quãdo vt ineptissimus quisq; liber est, ita nũc vulgo maxime gratus atq; æstimatus habetur, colludamus etiã nos illi temporum nostrorum fatali stultitię, & postq̃ in pretio literaria esse desierunt, culinaria iã publico adornemus. Quod consilium quomodo quidẽ alij sint interpretaturi, vt non valde anxius sum, ita nihil vereor vt queq̃ offendat, etiam eorum qui vulgo seueriores haberi student. Verũ enimuero quę nunc sunt scribẽdi cõmentandiq; rationes, in nostra præsertim Germania, quæ (si Dijs placet) & vna iã sapit, & omnes typographorũ officinas suis nugis exercet, quæ tãdem esse vel scriptio vel tractatio potest, cuius aliquem merito pudere debeat? Quàm miserè nunc passim ineptiunt in rebus vel apprimè serijs tractandis, multi etiã eorum qui mũdum quoq; demereri se libellis suis sibi videntur, dum nõ hoc agunt aut curant, vt & de optimis & optimè scribant, sed illud solum vt omnino aliquid scribant: retractantes interim aliorũ inuenta, & interpolantes apertissima arte vetera, infarsis hinc inde suis etiã (qualibus autem ô Diui boni?) cõmentis, Vnde factũ est, vt ephemeris istis inanissimisq; libellis nõ librariæ solum omnes, sed & ipsæ iam cloacæ refertæ sint, & eo scabioso scripturientium prouentu è stadio literario absterriti ferè doctissimi quiq; Si igitur non venia solum, sed & gratia illis habenda est, qui aliquid, quo & patientiã nostram

exercent

exercent, & ocium nostrũ frustrantur dignati fu ere cõmentari, planè magna caussa est, cur & iste libellus non modo non supprimatur, sed etiã numerosioribus exemplaribus euulgetur. Licet autem vnius authoris non sit, verũ ex diuersis consutus, vt ea ratione vilior aliquãto censeri possit, quia tamen id in omnibus ferè libris, etiam vnius authoris nomẽ profitentibus, itidem vsu venire videmus, vt eũ adeò qui retractata aut consarcinata fastidiat, bonam partẽ huius sæculi librorũ, fastidire oporteat, non puto facile quempiã huic libello futurum iniquiorem. Inueniet ergo & ille suos lectores, eosdemq; forsan eò plures atq; faciliores, quò rarior & inopinatior hæc pręsens est tractatio. Inscribit eñ Schola Apitiana, titulo plausibiliore magis q̃ idoneo, quum non ipsius Apitij popinã, sed moralia conuiuiorũ pręcepta, & ciuiles Medicinalesq; cœnarum obseruationes quasdã referre fuerit hic institutũ. Quãdoquidem vero ipsius Apitij nomen libellus hic pręse fert, & hoc loco in eiusmentionẽ incidimus, memorabile fuerit, dignumq; relatu, quid de eius viri morte Anneus Seneca, in Cõsolatione ad Albinã, scripserit subiungere. Apitius, inquit, nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuẽtutis abire iussi sunt, scientiã popinæ professus, disciplina sua sæculũ infecit. Cuius exitum nosse operæprecium est. Cum Sestertiũ millies in culinã congessisset, cum tot congiaria principũ, & ingens Capitolij vectigal singulis commessationibus hausisset, ęre alieno oppressus, rationes suas tunc primũ inspexit. Superfuturũ sibi Sestertium centies cõputauit, & velut in vltima fame victurus, in sestertio centies si vixisset, veneno vitã finiuit. Ex his Se- Apitij gula

necæ verbis apparet, & egregiè diuitem Apitiū, & verè (vt de illo Plinius auūculus scripsit) altissimum omnium nepotum gurgitem extitisse. Sūma enim insumpti ad vicies quinquies centena aureorū millia, reliqui autem, eius quod ad reliquam luxuriam modicum sibi putauit, ad ducenta quinquaginta millia aureorū, vtrūq; iuxta doctissimi viri Guilielmi Budæi supputationem, excurrit. Quare merito statim eo in loco Seneca exclamat. Sestertium centies aliquis extimuit, & quod alij voto petunt, veneno fugit? Non paramus ergo nos eius hominis exemplum his nostris temporibus, vel vltro corruptissimis, verū quæ de iucundiore atq; ciuiliore celebrandorum conuiuiorum ratione apud authores passim traduntur, hic in vnum quasi corpusculum collecta, inq; suos locos digesta sunt. Has autem nugas vbi non displicere videbimus, curabitur vt aliquando diligentius recognitæ ad ipsas etiam generum species augeantur.

MENSAM AMICITIAE SACRAM ESSE, ET QVANTI referat ad eam non negligenter versari.



Vòd apud veteres antiquissimo ferè omnium sęculorũ vsu, Mensa sacra, & inter amicitiæ potissima symbola fuerit, & ex Authoribus satis cõstat, & vulgato illo prouerbio, quo monemur, Ne salem & mensam prætereamus, notissimũ est. Nam ea cum ad cõciliandam amicitiam longe cõmodissima, propter mutua conuiuia videretur, merito sanctior atq; venerabilior reliquis humanæ cõuersationis partibus habita est. Inde fuit q apud Euripidem Hecuba ad Polymnestoris facinus exaggerandum, præcipue quôd ad mẽsam communem multoties eũ admisisset, exprobrat. Et Theocritus in Hyla, cũ Herculis atq; Telamonis coniunctissimam dicere vellet amicitiam, ad eandem mensam scribit conuiuere solitos. His verbis:

Αυτῷθ' ἡρακλῆϊ, ϗ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
Οἱ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν

Quũ igitur hęc & sacra, & vt Marci Catonis viri grauissimi verbis vtar, maxime amicorũ parens atque procreatrix sit, nimirum diligens adhibenda cura est, vt sic ad eam versemur, atque nos exhibeamus, vt quem in vsum potissimũ valeat perpetuo consyderemus: eũq; nobis quantũ

fieri poteſt, accõmodemus. Nã quum in vita humana pręcipuè duo præſtanda ſint, videlicet, ne quenq̃ temere offendamus, & vt omnium beneuolentiam promereamur, quanto plus vtrumq; hoc in menſa occaſionis habet, tanto circumſpectius ibidem conuerſandum eſt

Solet autem plerumq; fieri vt varij homines noti atq; ignoti, itidemq; diuerſa in conuiuijs ingenia conueniant. Illis vt vix poſſibile eſt omnibus attemperare ſe poſſe, ita tamen & tenor quidam morum eſt, qui & magis alijs placere, & alijs minus diſplicere poteſt. Cum ignotis autem eo cautius conuerſandum, quo diligentius illi ad pernoſcenda noſtra ingenia, in ſingula ſolent quæ vel aguntur vel dicuntur à nobis aduertere, quin neque noti negligendi, qui etiam ſi noſtrorum nihil obſeruent, obiter tamen an nobis ipſi ſimiles ſemper ſimus atque conſtemus, intelligere poſſunt. Monet Ouidius vt in ludo etiam cõpoſitos nos exhibeamus, ne vel inde alij q̃ forte ſumus, iudicemur, quia inquit,

Tũc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur ab omni,
Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.

Quanto igitur magis illud in conuiuio obſeruandum eſt, quod plerũq; ſolet in temulentiam atq; tumultum exire? Dices miſerum fore illud conuiuium, in quo multa diſſimulanter, neq; ex animo agenda ſint. Non valde controuerto, verum nos eo fœlicitatis nunquam, opinor, perueniemus, vt ea miſeria careamus. Dares mihi paria ingenia, aut ſi non paria, ſaltem ingenua, liberalia, & ſyncera, & conceſſerim, nihil cuiquam verẽdum, aut circumſpectius agendum eſſe. Sed exempla docent, & vſu quotidie experimur, quàm ex paucis conuiuijs inoffenſi redeamus, aut alios inoffen-

suoffensos, qui post modo nos traducant, relinquamus, vt multos reperias, qui nisi coacti domo extrudi non possint, ipsi quoque rarius conuiuatores. Quandoquidem autem inter homines omnino versandum nobis atque conuiuendum est, hoc agamus, vt ad omnem congressum atque conuictum quàm commodissimi, & iucundissimi simus. in conuiuijs autem (vbi & locus & tempus singularem humanitatem atque beneuolentiam exigere videtur,) præcipue studeamus, quos licet, affabilitate, comitate, vrbanitateque nobis conciliare, quos non licet, modestia atque mansuetudine ab offensa saltem, & sinistra de nobis opinione retinere, & omnino ne vllam superbiæ, inuidiæ, præcipue autem virulentiæ de nobis significationem aut suspitionem alijs demus. Quoniam vero potissima boni conuiuij pars est, conuiuator bonus, imprimis eius officia quæ sint videamus.

QVI FINES SINT CONVIuiorum, & quæ officia conuiuatoris vel Domini. Ex Pontani libro de Conuiuentia.

PRimum omnium fines sunt ipsi, quorũ gratia conuiuia suscipiuntnr. Aut enim ea conuiuendi, familiaritatis, ac victus suauitatis gratia facimus, aut ciuium & externorum gratia, fauoris ac beneuolentiæ comparandæ caussa, aut vt honori nostro, si priuati sumus, aut splendori, si in dignitate constituti, ex æquo respondeamus, aut certè, vt hospites & peregrè venientes, dignè & humaniter excipiamus. Iis de

caussis suscepta conuiualitas (modo sit gratuita) non potest non esse laudabilis, & inter virtutes morales optimo iure connumerata. Nam ipsa & recto tramite ad gratam omnibus mediocritatem, velut ad metam pertingit, & duorum obliquitatem viciorum ab ipsa longius aberrantium prouida solicitudine deuitat. Vnius quidem inconuiuentiæ, quæ contra humanæ legem naturæ, aduersus amicitiæ iura, & in ipsius prudentiæ exterminium (sicut Periclem Atheniensem fecisse legimus) ab humano conuictu abhorret, alterius autem commessabilitas, quæ voracitati & ingluuiei hominibus nobis & bestijs cõmunibus vitijs (sicut in Vario Heliogabalo homine intemperantissimo compertum est) exuperant & nimis indulget. Ad tale igitur quod intendimus plena laude conuiuium, Honestos tantum viros & nobis familiares aduocare iubemur, & quibus inest aliqua ingenij vis, aut virtutum opinio. Quicq; & moribus ac studijs nostris non sunt absimiles. In quibus tamen ipsis etiam delectus suus habendus est, vt non nisi ciuiles eligantur, & qui non plus gulæ, palati, & popinæ studium, quàm ipsam conuiualitatem consectantur. Ipsi autem ad familiaria conuiuia selecti, iuxta priscorum auctoritatem, non veniant nisi certo quodam numero & illo mediocri, Vt quoad inuitantis facultates suppetunt, nec pauciores tribus, nec plures nouem adhibeantur. Deinde ipsi prouidendum conuiuatori, vt habita sumptum ratione, cibi & potus oppiparè, largè, concinnatè, variè, splendidè, conquisitè, & hilariter conuiuis depromantur, Maxime tamen vt copiæ consulatur, quatenus omnem à se auaritiæ suspitionem prorsus

exclu

excludat. In familiaribus tamen & quotidianis cœnis, sat fuerit contentum esse patrijs ac vernaculis cibis. Et si non omnia diffluenter aggerentur, frequentia tamen ipsa afferat, excusatione, vt recte dici possit. Sat quidem large, si sępe et laute. Explicandus est insuper pro possessionum modula, apparatus ipse domesticus, cœnationes exornandæ, sternenda pauimenta, onerandi auro & argento, si res suppetat, abaci & plutei, Ita vt vasa omnia è quibus vel edendum est vel potandum nitida sint, splendida & decora. Iis accedat non tam in ferculis ministrandis, quàm singulis gerendis rebus ordo, in omnibus semper collaudatus, adiuncto sibi ministrorũ ornatu simul & disciplina. Assint pręterea, qui artes tractent ludicras, vtpote condimentum quoddam epulationis. Interponantur (vt Augustinus instituit) triuiales ludi è circo & aretalogi. Recitentur comœdiæ, quemadmodum iuuentus ætate nostra, longinqua quadam ad Gręcos Romanosq; imitatione agere cœpit. Quod si tales ad votũ præsto haberi non possint, adhibeãtur Musici, qui flexanimo, vt Martianus ait, concentu, non solum cõuiuas oblectent. Verum & sibi & astantibus silentium parent, & ex silentio tranquillitatem.

In his tamen legibus omnibus, si cui ex sodalitate nostra factu quędam difficilia fuerint, is tenuitate sua contentus, Huic Horatiano se carmini accommodet.

Est aliquid prodisse tenus, si non datur vltra.

Absit autem procul, tanquam virus præsentissimum, à cœnis nostris, omnium conuiuarum, cũ primis autem inuitantis in vultu austeritas. Desint strepitus & turba, ne in popularium crapulas ignauiter declinasse videamur.

Longe ſeponantur ſcurræ, importuni, inſolentes, moleſti, difficiles, queruli, laſciuiq; & procaces hiſtriones et mimi. Abſint deniq;, non modo dicta, verum etiam geſtus, & quicquid aliud eſt quod quòquo poſſit modo accubãtibus vel triſtitiam vel turbationem afferre, ne quũ honeſta cõuiuas voluptate afficere inſtituimus, dolorem eis penitudinem, verecundiam aut moleſtiam vllam ſuper inducamus. Poſtremum vero in conuiuijs legitime obſeruandis, & quod ab omnibus ſapientiæ & literarum amatoribus potiſſimum ſemper eſt dijudicatũ, Sermo eſt & collatio ipſa, quæ non tam à conferendo eſu & potu, q; mutuis diſſertationibus, & hijs quidẽ è media, vt aiunt, Philoſophia reliquorumq; illuſtriũ ſtudiorũ penetralibus depromptis, nõ illepidum eſt in vulgo etiã vocabulũ ſortita. Quẽadmodum & de conuiuio Cicero bene inquit, maiores noſtri accubationẽ epularum, quia vitę coniũctionẽ haberent conuiuium nominauerunt, melius q; gręci qui hoc ipſum, modo compotationẽ, modo concęnationẽ vocant, A conuiuali igitur quẽ diximus ſermone noſtro, ante omnia q̃ longiſſime explodatur, perditiſſimum illud honoris & fame periculũ quam detractionẽ appellant, contra quam humanę conſuetudinis peſtilentiã, Diuus noſter Aurelius Auguſtinus, vt erat vir ſanctus & doctus, ad menſam ſuam q; ſaluberrime ita ſcriptum habebat.

Quiſquis amat dictis abſentûm rodere vitam,
Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.

Vnde & omnem ipſe conuiuam à ſuperfluis noxijſq; fabulis & detractionibus abſtinere monebat, & lectionem vel diſputationem inter edẽdum plus q̃ epulationem, potationemq; diligebat. Excludendi ſunt itidẽ à Philoſophico hoc noſtro

ſtro

ſtro conuiuio ſermones omnes, qui vel leuitatem vel ſeueritatem nimiam prę ſe ferunt. Conferẽdi vero ij ſoli qui iucundi ſunt, qui faceti & cõmunes ſunt, q deniq; honeſti & ſalutares ſunt. Quales videre licet apud Gręcos quidem in Thimęo Platonis, apud latinos vero in Tuſculanis Ciceronis. Inter Neotericos autem luculentiſſime in hoc noſtro, q in manibus eſt, Frãciſco Philelpho

DE IISDEM CONVIVATORIS officijs, quid pręſtare, quidq; vitare debeat Eraſ. Rotero. Dialogus.

APITIVS. SPVDVS.

SPudus. Heus heus Apiti. API. Non audio. SPV. Heus inquam, Apiti. AP. Quis hic eſt tam moleſtus interpellator? SPVD. Eſt ſerię rei quiddam quod te volo. A P. At ego ad rẽ ſeriam propero. SPV. Quonam? APIT. Ad cœnã SPV. Hac ipſa de re tecum volebam agere. AP. Non vacat nunc actoribus operam dare, ne actũ agam. SP. Nihil feceris diſpendij, comitabor te quò properas. AP. Age dic modo tribus verbis. SPV. Magno ſtudio melior conuiuiũ, in quo nulli diſpliceam conuiuarum, placeã omnibus, Eius artis, quoniam tu principatum tenes, ad te velut ad oraculum confugio. API. Reſponſum accipe, & quidem iuxta veterum morẽ, ἔμμετρον. Nulli vt diſpliceas, nullum inuitare memento. SPV. Atq; ſolẽne eſt epulum, multos excipiã oportet. AP. Quo plures inuitaris, hoc pluribꝰ diſpliceas oportet. SP. Quæ fuit vnq̃ tã bene vel cõſcripta, vel acta fabula, vt toti placuerit theatro? Sed age, Comi delitium Apiti, ſubleua me, tuo cõſilio, habebo te poſt hac numinis loco. AP. Sit igitur hoc primum conſilium, ne conare quod fieri non poteſt. SP. Quidnam? AP. Vt conuiuator omnibus place-

placeas. Tanta est palatorum varietas. SP. At saltem vt paucioribus displiceā. AP. Voca paucos. SP. Nō licet. AP. Voca pares, et ingenijs cōgruētes. SP. Ne id quidē mihi liberū est. Vitari nō potest, quin & multos vocē, & dissimiles, denique nec eiusdē linguę nec nationis hoies. AP. Næ tu mihi vere cōuitiū narras, nō cōuiuiū, in quo facile possit talis exoriri lusus, quē Hebręi narrant accidisse in structura Babel, vt petenti frigidū aliqs porrigat calidū. S. Opitulare te quæso, gratū expertieris, ac memorē. AP. Age quādo electio nō est tui arbitrij, in re mala dabo bonum cōsilium. Haud parui refert ad hilaritatē conuiuij, quo quisque loco sedeat. SP. Verissimū. AP. Ea res vt cedat tibi prospere, fac vt sortibus distribuantur accubitus. SP. Pulchre mones. API. Deinde ne sic paulatim á summo ad imū procedant patinæ, vt sigma literę vel serpentis potius imaginē pingāt, Aut vltro citroq; reciprocent, quēadmodū olim in conuiuijs myrtus tradi solet. SP. Quid igitur? APIT. Sed ad singulas conuiuarū te tradas, appone patinas ternas, sic vt quarta media promineat, Quemadmodū pueri tribus nucibus imponunt quartā. In singulis sit aliud atque aliud cibi genus, quo quisq; quodlibet eligat. SPV. Placet. Sed quoties mutabo patinas? APIT. Quot partibus constat oratio Rhetorica? SP. Quinq;, ni fallor. AP. Quot actibus constat fabula? SP. Apud Horatium legi.

Ciborum dispositio.

Ne sit quinto productior actu.

API. Toties mutabis patinas, vt procemium sit iussulentū, Conclusio vel Epilogus ex varijs bellariorum generibus conflatus. SPV. Quem probas in patinis ordinem? AP. Eundem quē Pyrrhus in acie. SP. Quid ais? AP. Quēadmodum in

oratio

oratione, ita nec in conuiuio decet procemiū esse elaboratum. Rursus epilogus varietate commēdetur potius quàm apparatu. In tribus itaq; seruanda Pyrrhi disciplina, vt in vtroq; eorum sit aliquid eximium, in media acie vulgarior apparatus. Hoc pacto fiet, vt nec sordidus videare, ne fastidiosa copia sis molestus. SP. Satis expedite de cibis, superest, vt quo modo bibendū doceas. AP. Nulli omnium cyathum appones, sed pueris dato negotium, vt vbi percunctati didicerunt quo quisq; vini genere delectetur, alacriter ad nutum cuiq; quod volet porrigant. Ea ex re duplex erit commodum, Nam & partius bibetur & iucundius, non solū ob id, quia subinde recens dabitur potus, verūetiā quod nemo bibet, nisi sitiens. SP. Optimū profecto consiliū. Sed quid fieri poterit, vt hilarescant oēs? AP. Id vt fiat, partim in te situm est. S. Quinā? AP. Tenes illud, ante omnia vultus accessere boni. SPV. Quorsum illud? AP. Vt conuiuas comiter excipias, frōteq; hilari compelles sermonē ad cuiusq; ætatē, affectū ac mores attēperans. SP. Accedā vt dicas melius. AP. Nosti linguas? SP. Propemodū oīm. A. Vt sua quęque lingua subinde appelles, vtq; conuiuiū fabulis amœnioribus hilarescat, varias misce materias de reb9 quarū quisq; libēter meminit, & nullius dolore audiunt. SP. Quas dicis huiusmodi materias? AP. Sunt peculiares ingeniorū differentiæ, quas ipse melius perspicies, ego generatim attingam aliquot. Senes gaudēt ea memorare, q̄ multorū fugiunt memoriā, admiratores tēporum, in quibus ipsi floruerunt. Matronis dulce est refricari memoriam eius temporis, cum à porcis ambirentur. Nautę, diuersas ac lōginquas mūdi regiones inuiserunt, libenter ea narrant, quæ quia nemo vi-

Bibendi modus.

Quomodo hilarescant conuiuæ.

mo vidit, mirantur omnes. Est & ante actorũ ma lorum, iuxta prouerbium, iucunda recordatio, si modo eius sunt generis, vt cum probro coniun cta non sint, vt militię, profectionum, naufragio rumq; discrimina. Postremo de sua cuiq; arte grata est confabulatio, deq; hisce rebus, quarum vsu callet. Hæc sunt ferme generalia, peculiares affectus singulatim describi non queant, sed exempli caussa est aliquis laudis appetentior, alius vult haberi doctus, alius gaudet videri diues, est hic loquatior, ille pauciloquus, nonnullos reperies tetricos, alios contrà blandiores. Sunt qui nolint videri senes cum sint, Sunt rursus qui volunt haberi grandiores q̃ sint, affectantes hoc esse mirandi quod belle portant ætatem, sunt fœminæ, quæ sibi de forma placent, sunt aliæ putidulæ. His cognitis affectib9, haud difficile est miscere sermones vnicuiq; gratos, vitatis his quæ mœrorem afferunt. SP. Nę tu perpulchre tenes artem conuiuariam. AP. Phy. Si tantundem temporis & operę mihi consumptum esset in vtroq; iure, Medicina ac Theologia quantum impensum huic arti, iamdudum & inter iureconsultos, medicos, ac Theologos doctoris & titulum & laureã tulissem. SP. Credo. API. Sed heus tu ne quid erres, Hic cauędum est, ne fabulæ sint nimiũ prolixę, aut ne exeant in temulentiam. Quemadmodum enim vino nihil iucundius, si modice sumpseris, contra nihil molestius, si supra q̃ sat est hauseris, ita vsu venit in fabulis. SPV. Vera prędicas, Sed huic incommodo quod nam ostendis remedium? API. Vbi senseris suboriri τὴν ἄοινον μέθην. per occasionem interseca sermonem & argumentum diuersum intersere. Frustra opinor te monerẽ, ne cui suus dolor in conuiuio refricetur, vtcũq; Plato iudi

to iudicat in conuiuijs quibusdam vitijs esse medendum, vino discutiente tristitiã, & offensæ memoriam abolente. Verum illud te monitũ oportuit, ne nimium crebro salutes conuiuas, tametsi probo vt interdum obambulans, nũc hos, nũc illos comiter appelles, oportet enim conuiuatorẽ bonum motoriam agere fabulam. Nihil autẽ inciuilius, quàm ibi commemorare quod cibi genus sit, qua coctum arte, quanti emptum. Idem de vino dictum puta. Quin extenuandum modice qđ apponitur. Alioqui nimis diligens extenuatio apparatus, idem agit, quod ostentatio. Satis est bis, aut ad summum ter dixisse, boni consulite. Si parum lautus est apparatus, animus certe lautissim9 est. Interdum sales aspergendi sunt, sed qui nihil habeant dentis. Profuerit & illud, subinde suaquenque compellare lingua, sed paucis. Dicendũ erat initio quod mihi nunc tandem venit in mentem. SPVD. Quidnam? APITI. Si non placet sortito dare locos, cura, vt tres ex omnib9 eligas natura festiuos, minimeque mutos, quorum vnũ collocabis in capite mensæ, alterum è regione, tertium in medio, qui silentium ac tristitiam cæterorum discutiant. Quod si perspexeris conuiuium, vel silentio tristius esse, vel clamoribus tumultuosum, aut etiam ad rixas tendere. SP. Hoc crebro fit apud nos, quid tum faciendum? APIT. Accipe rem mihi multo vsu cõpertã. SPV. Expecto. AP. Inducito duos mimos siue γελωτοποιούς qui sine voce ridiculum aliquod argumentũ gesticulatione repræsentent. SPV. Quur sine voce? AP. Vt par sit omnium voluptas, aut nihil loquãtur, aut lingua loquantur omnibus æque ignota. Gestibus loquentes omnes pariter intelligent. SPV. Quod argumentum mihi narras non satis intelli

Inciuilitates conuiuatorum

intelligo. AP. Sunt innumera, puta vxorē decertantem cum marito de principatu, aut simile quippiam è media vita. Quo magis erit ridicula saltatio, hoc plus erit omnibus voluptatis. Hos oportet esse semifatuos, alioqui qui plane fatui sunt, quędã interdum effutiunt imprudentes, quæ lædunt. SP. Ita tibi precor semper propitium Comum, vt mihi dedisti fidele consilium. AP. Addã coronidem, quin potius repetam, quod initio dixeram, Ne nimium sis anxius vt placeas omnib9
" Non hic tantum, sed in omni vita, atq; ita fiet vt
" citius placeas omnibus. Optimum enim in vita,
" ne quid nimis.

CONVIVARVM QVIS NVMERVS esse debeat, Qualisq; conuiuij habitus, ex Aulo Gellio, libro. 13. Cap. 11.

LEpidissimus liber est M. Varronis ex Satyris Menippęis, qui inscribitur. Nescis quid vesper serus vehat. In quo differit de apto cõuiuarũ numero, deq; ipsius cõuiuij habitu, cultuq;. Dicit autẽ conuiuarũ numerũ incipere oportere à Gratiarũ numero, & progredi ad Musarũ, id est, proficisci à tribus, & consistere in nouem, vt cum paucissimi conuiuæ sunt, non pauciores sint, quàm tres, cum plurimi, non plures quàm nouem. Nam multos inquit esse, non conuenit, quod turba plęrunq; est turbulenta. Et Romæ quidem constat, sed & Athenis, nusquàm autem plures cubabant. Ipsum deinde conuiuium constat inquit, ex rebus quatuor, & tum deniq; omnibus suis numeris absolutũ est, si belli homũculi collecti sunt, si lectus locus, si tempus lectũ, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem inquit, conuiuas, nec mutos legere oportet. Quia eloquentia in foro, & apud subsellia, Silentium vero

Quibus rebus cõstat conuiuiũ

vero non in conuiuio, sed in cubiculo esse debet. Sermones igitur id temporis habendos cẽset, nõ super rebus anxijs, aut tortuosis, sed iucundos, atq; inuitabiles, & cum quadam illecebra, et voluptate vtiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat, & amœnius. Quod ꝑfecto, inquit, eueniet, si de id genus rebus ad cõmunem vitę vsum pertinentibus cõfabulemur, de quibus in foro, atq; in negotijs agendis loqui nõ est otiũ. Dñm autẽ inquit, conuiuij esse oportet, non tam lautũ, q̃ sine sordibus. Et in cõuiuio legi nõ oĩa debent, sed ea potissimũ, quæ simul sint βιωφελῆ. & delectent. Neq; non de secundis quoq; mẽsis cuiusmodi esse eas oporteat, pręcipit. His enim verbis vtitur, Bellaria, inquit, ea, maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt πέμμασιν. enim cũ πέψει. societas infida. Quod Varro in hoc loco dixit bellaria, ne quis forte in ista voce hæreat, significat hoc vocabulum, omne mensę secũdæ genus. Nam quæ τραγήματα Gręci, aut πέμματα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq; esse ea Liberi bellaria.

Sermones in cõuiuio quales.

De secundis mẽsis.

Bellaria.

PRÆCEPTA COENARVM per Horatium, Satyr. 4. libro. 2.

VNde & q̃ Catius? nõ est mihi tẽp9 Auẽti
Ponere signa nouis ꝑceptis, qualia vincũt
Pythagorã, Anitiq; reũ, doctũq; Platona.
Ho. Peccatum fateor, cum te sic tempore leuo
Interpellarim, sed des veniam, bonus oro,
Quòd si interciderit tibi nunc aliq̃d, repetes mox
Siue est naturæ hoc, siue artis, mirus vtroq;.
Ca. Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerẽ.

Vtpote res tenues, tenui sermone peractas.
Æ de hois nomen, simul an Romanus an hospes
Ca. Ipse memor pręcepta canã, cœlabitur autor,
Oua. Longa quibus facies ouis erit, illa memento.
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere, nanq; marẽ cohibent callosa vitellum.
Caulis Caule suburbano, qui siccis creuit in agris
Dulcior, irriguo nihil est elutius horto.
Si vespertinus subito te oppresserit hospes.
Gallina. Ne gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam mixto mersare falerno.
Fungi. Hoc tenerã faciet, pratensibus optima fungis.
Natura est, alijs male creditur, ille salubres
Mora Æstates peraget, qui nigris prandia moris.
Finiet, ante grauẽ quę legerit arbore solem.
Aufidius forti miscebat mella falerno
Mendose, quoniam vacuis committere venis,
Mulsum Nil nisi lene decet, leni pręcordia mulso.
Prolueris melius, si dura morabitur aluus,
Mugilus Mugilus & viles pellent obstantia conchæ,
Conchæ Et lapathi breuis herba, sed albo non sine coo.
Lucrina Lubrica nascentes implent conchilia lunæ,
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
Murice baiano melior lucrina peloris.
Ostrea circæis, Miseno oriuntur Echini,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.
Nec sibi cœnarum quiuis temere arroget artem.
Non prius exacto tenui ratione saporum.
Nec satis est cara pisceis auertere mensa.
Ignarum quibus est ius aptius, & quibus assis,
Languidus in cubitum, iam se conuiua reponet.
Vmber, & iligna nutritus glande, rotundas
Aper. Curuat aper lances carnem vitantis inertem.
Nam laurens malus est vluis & arũdine pinguis
Capreæ Vinea summittit capreas non semper edules.

Fœcundi

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Lepus
Piscibus atq; auibus, quę natura, & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quęsita palatum.
Sunt quorũ ingeniũ noua tantũ crustula promit
Nequaquã satis in re vna consumere curam.
Vt si quis solũ hoc, mala ne sint vina laboret,
Quali perfundat pisceis securus oliuo.
Massica si cœlo supponas vina sereno. Vina.
Nocturna si quid crassi est, tenuabitur aura,
Et decedet odor neruis inimicus, at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem,
Surrentina vafer, qui miscet fece falerna
Vina, columbino limum bene colligit ouo
Quatenus ima petit, voluens aliena vitellus.
Tostis marcentem squillis recreabis & afra
Potorem coclea, Nam lactuca innatat acri
Post vinũ stomacho, perna magis ac magis hillis Perna Hillæ.
Flagitat in morsus refici quin omnia malit
Quęcunq; immundis feruent allata popinis.
Est operępretium duplicis pernoscere iuris
Naturam, simplex è dulci constat oliuo,
Quod pingui miscere mero muriaq; decebit.
Non alia q̃ quę byzantia putruit orca.
Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis,
Coricioq; croco sparsum stetit, insuper addes
Pressa vena franæ, quod bacca remisit oliuæ.
Picenis cedunt pomis tiburtia succo,
Nam facie pręstant venucula conuenit ollis.
Rectius albanam fumo duraueris vuam.
Hanc ego cũ malis, ego fecẽ primus & halec,
Primus & inueni piper album, cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.
Immane est vitium, dare millia terna macello,
Angustoq; vagos pisces vrgere catino.
Magna mouẽt stomacho fastidia, seu puer vnctis

Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit
Siue grauis veteri crateræ limus adhęsit.
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus
Consistit sumptus? neglectis flagitium ingens.
Tenꝰ lapides varios lutulenta radere palma,
Et tyrias dare circum illota toralia vesteis,
Oblitum quanto curam, sumptumq; minorem
Hæc habeant, tanto reprendi iustius illis,
Quæ, nisi diuitibus nequeūt contingere mensis?
Ho. Docte Cati per amicitiã, diuosq; rogatus
Ducere me auditum, perges quocunq;, memēto.
Nã quãuis referas memori mihi pectore cuncta,
Non tamen interpres tantundem iuueris. adde
Vultũ, habitũq; hominis, quē tu vidisse beatus
Non magnipendis, quia contigit, at mihi cura
Nõ mediocris inest, fonteis vt adire remotos,
Atq; haurire queam vitæ pręcepta beatæ.

DE CIBORVM RATIONE, CVIVS Qualitatis, quiq; sint, & qui aliis meliores, ex celeberrimo Medico Michaele Sauaronola, Tract. Secundo, Capite. viij.

DE CARNIBVS IN GENERALI.

PRimo dicēdum est de ipsis in generali, secũdo in speciali, discurrēdo per omnes species animaliũ, quorum carnibus vescitur humanũ genus. Carniũ quędã domesticæ, quædã siluestres, & tam domesticarum q̃ siluestriũ quędam salitæ, quędã non salitæ. De domesticis autē primo agēdum. Absolutę domesticę sunt minus calidæ & minus siccæ, & melius dant nutrimentũ, & sunt facilioris digestionis, et per cõparationem ad siluestres sunt tēperatæ, Verum Isaac exceptuat capreolinas, nam ipsas maxime laudat. Carnes absolutę inter cętera cibaria vehemētius nutriunt, Tertio Almans. Idem Auic. Idem Gal. subdens

subdens, quando digeruntur, Quoniã in quibusdam stomachis nõ bene digerũtur carnes. Et ex omnibus laudabilior est quæ circa ossa existit, & caro dextrę partis leuior est, sed quæ est sinistræ, est melior. Et subdiuiditur caro domestica, nam quædam masculina, quædam fœminina, quędã castrorũ. Masculina cęteris paribus calidior, minus humida, laudabilior, facilioris digestionis, ipsa nanq; plus humanę appropinquat cõplexioni, Fœmina vero minoris est caliditatis naturalis, & minoris humiditatis naturalis, licet sit accidentalis, & indigestę humiditatis, magis abundans, propter quod indigestibilior redditur. Castratiua masculina, inter has media existit, Nã ex parte castraturæ fœminæ magis videtur vicina, sed propter calorem & complexionem suam naturalem, magis masculinæ appropinquat. quare redditur temperatior. Et dicitur masculina, quia etiam animalia fœminina castrantur, Vt sues, canes, gallinæ. Et debent hæc omnia intelligi facta comparatione semper in his quæ sunt eiusdẽ speciei. Ex quibus infertur, quod caro bouis castrati melior est non castrati. Infertur secundo, quod caro caponum iuuenum est melior, q̃ gallinarũ iuuenum, aut gallorum iuuenum, semper cęteris paribus. Infertur tertio, quod febrientibus competunt magis gallinę iuuenes castratæ. Nec miret quisquam de castratura gallinarũ, nam de eis habeo in domo, & sine dubio caro earum est albior & mollior & frãgibilior, & statim cum sunt decoctæ, sunt tenerę & esui delectabilissimę, remq; istam vt expertam scribo. Item amplius caro domestica recipit diuisionem, quia adolescens Iuuenis, & decrepita. Adolescens, & pręcipue quadrupeda, aut est lactea, aut non lactea. Lactea ca-

Caro laudabilior.

lidior est & humidior aliis paribus, sed non lactea minoris est humiditatis, & est in via nutrimenti conuenientior, digestionis velocioris. Prima enim est natiuitati suę magis propinqua, in qua sanguis magis generatur. Secunda vero plus à natiuitate distat, et propter hanc caussam est siccior & calidior.

Sed diceret aliquis, Caro lactea plus à vulgo & gulosis laudatur &c. Pro isto dicendũ, q̃d dictũ est de carne lactea sic est intelligendũ, quod caro quę est media per participationẽ, & hanc vulgus lacteã appellat, Sed Medici ipsam non lacteã dicunt, intelligentes solũ lacteam, quę est propin-

Lactea caro

qua partui vel natiuitati. Vulgus vero omne animal viuẽs ex lacte solo, non comedens herbã vel fœnũ, siue sit propinquũ partui siue iuuenis, vel remotũ, lacteã appellant. Decrepita omni deterior, Vt decrepita inter ætates frigida & sicca & insipida, melancholicũ pręstans sanguinẽ. Adhęreamus illi mediæ per participationẽ, quæ est adolescens. Vnde tertio alimentorum, Omnis caro crescens est melior prouecta & antiqua, Subdiuiditur adhuc, quia alia est auium, alia quadrupedũ. Absolute auium calidior est & siccior & leuior, vt infra dicetur. Item alia exercitatur, alia non. Gal. de subtiliatiua dieta. Animalia exercitata nõ exercitatis sunt meliora, & quæ siccioribus cibis vtuntur, eis quæ humidioribus. Etiam diuiditur in pinguem, macram & mediam. Pinguis velocius digeritur, generat sanguinẽ humidissimum, multam faciens superfluitatem, pauci nutrimenti & ventrem lenit, & multũ pinguis appetitũ deiicit. Macra sine pinguedine generatiua est sanguinis sicci, paucas faciens superfluitates, maioris tamen est nutrimenti cũ digeritur, Media vero tẽ-

peratũ

peratū generat sanguinē & bonū. Tertio Almā. Ex quibus patet quid dicēdū de siluestribus, sunt enim calidiores, ficciores, indigestibiliores & laudabile pręstant nutrimentū. Isaac tamen, vt supra maxime capreolinas cōmendauit, de quibus infra suo loco dicendū. De salitis dicendū quod meliores alijs paribus, quæ sunt de propinquo salitę Sed vniuersaliter secundū authores earū nutrimētum est malū, & pręcipue vetustarum, & efficiūtur calidiores & ficciores.

DE CARNIBVS SPECIALITER.

De Gallis, & Gallinis.

DE Gallinis domesticis, Pullis, Caponib9, Gallis & gallinis siluestribus cum dicēdū sit, de carne vel carnibus in vniuersali (nō curo, cū medicina non sit subiecta Grāmaticæ) cō sequēter agendū de eis in speciali, initiū faciens à gallinis & sequacibus, nobis magis familiaribus & communibus magis, & continenter de omnibus auibus vsualibus. Auium carnes

Caro gallinarū iuuenū est calida & humida licet parum. Vnde Gal. dicit, quod est temperata, quia nec conuertibilis ad cholerā, nec ad flegma. Verū ipsa pulchrū efficit colorē, & ideo mulieres eam diligunt. Decrepitarū vero caro frigida & ficca, ad digerendū dura, sic & caponū & gallorū decrepitorū. Audi gulositatē Auicen. tertio Primi, de Regimine eius quod comeditur & bibitē.
» Ex gallinis quæ assantur meliores sunt, quæ in vētre agni aut hœdi assantur, earum enim humiditates conseruantur.

PVLLI.

PVllorū caro est tēperata ad humiditatē declinans, respectu complexionis humanæ. Sūt facilis digestionis, sanguinē laudabilē ge

 nerant

nerant, adpetitum confortant, omnibus cõplexionibus fere conueniẽtes. Et ex eis sunt meliores quę sunt in tẽperata pinguedine, qui cantare, sed nondũ coire incœperũt. Eorum ius humores æquat, & ventrẽ soluit. Auicen. in secundo. 16. tertij, in cura colicæ, inter lenitiua vẽtris frigida, & plus q̃ ius gallinarũ. & gallinarũ ius est magis nutritiuum. Pullarum vero caro minus calida est, magis humida, non sic sanis cõuenit, sed discrasiatis quibusdam plus. sed earum iuuenũ, quę nõdũ oua pariunt caro mediocriter pinguis bona & tẽperata. Caro vero galclorum iuuenum castratorum, vel caponum in temperata pinguedine in cãpis altis habitantiũ, est omnibus alijs melior, vt in substantia & qualitatibus, & ex consequenti nutribilior, quare in via sanitatis omnibus pręferenda. Isaac, Ioannes, Mess. qui addit ꝙ sunt meliores & leuiores. De siluestribus vero quę dicũtur, gallinæ deserti, scito quod appropinquat cõplexioni perdicis, & est multũ sicca, & ideo multum constrictiua.

COLVMBI.

CAro Columborum iuuenũ calidior est vsque ad secundum, & humida, plus generat sanguinẽ de facili inflãmabilẽ, propter qđ febricitantibus & calidis naturaliter nõ cõuenit Veterũ vero calidior & siccior, grossæ substantię & mali nutrimenti. Et ex iuuenibus meliores, q incipiunt sibi nutrimentũ acquirere, proximi inceptioni sui primi volatus. & assati nocent cerebro & oculis, & sanguis eorũ est velocis corruptionis, & generat ęgritudines sanguineas. Remouetur eorũ nocumentũ cũ aceto & coriandro quando cum eis pręparatur, & tu consydera.

ANATES.

Caro

CAro Anatis est calidior omnium auium domesticarũ carne, & Auicenna eam graduat in secundo, quod debet intelligi in fine secundi. Est grauis digestionis, & generat plures superfluitates & fastidium, plurimum dat nutrimentũ, non tamen plus nutrit q̃ gallina. Eligantur iuuenes, iuuantur si ante earũ intersectionem insufflentur, & si assantur & iungantur cũ oleo, & condiantur cum bonis speciebus, vt cũ zinzib. rusticorum, & scito, ꝙ inter aues lacunales sunt humidiores. Hippo.

ANSERES.

ANserũ caro calida multum, & minus ea q̃ Anatum, sed humidior est inter carnes domesticarum auium. Est grossæ substantiæ tardæ & difficilis digestionis, & propter humiditatem earum superfluam sunt feminis generatiuæ. Mitigatur documentum earũ, vt de Anatibus dictum est, & eligantur iuuenes.

GRVS.

GRuis caro à Theodosio ponitur frigida. Ioannes eã calidã ponit, extimo ipsam plus ad frigidũ declinare, est enim grossæ substantiæ, dura ad digerendum, & mali sanguinis generatiua. Vnde in summa eam extimo frigidã & siccã, plus tamen siccam q̃ frigidam. Eligãtur iuuenes, & cum falcone captæ, & similibus. Remouetur earum nocumentũ, si stabũt ante earum decoctionem suspensæ cum lapillis, vt statim de Pauone dicetur, & si fuerint cum bonis speciebus conditæ, & post earum comestionem vinũ bonum & odoriferum.

PAVO.

PAuonum carnes calidæ sunt & humidę circa secundum. Eligantur iuuenes, Sunt diffi-

cilis digestionis & multi sanguinis generatiuę, et magis qui ex eis antiqui sunt, sunt multũ odorife ræ. Remouetur de eorũ nocumento multũ, si suspendãtur per collum, & ad pedes eorũ ligentur lapides, & sic teneantur per vnam diem & noctem, aut per duas. Et quidã tenẽt eos suspensos sine pondere in decem dies. Est cibus malus eis q vtuntur quiete, & bonus qui vtuntur exercitio. Præparent ur vt de grue, & post ipsorum comestionem bibatur vinum.

PERDICES, FRANCOLINI.

CAro de Perdice & Francolino apud nobiles præciosę sunt, & est temperata in actiuis, declinans ad quandam siccitatẽ. Eligantur iuuenes & pingues, vt pernicones cõpleti & facti magni. Nã q̃ est antiqua durioris est digestionis, & non multum boni nutrimenti. Iuuenis vero multum nutrit, in omni modo suę pręparationis est bona, & tam assa q̃ elixa proprietatem habet constringendi, & multi asserunt eũ cibum Cardinalium. Credo francolinum nõ multum à perdice distare. Visi sunt mihi eiusdem saporis & quasi odoris, leuiores tamen, calidiores & ficciores perdicibus sunt, nam magis siluestres & in locis altis & montibus degunt & cariores sunt nobis & rariores.

Cibus Cardinalium.

FASIANI.

CAro Fasiani est temperata, sana, multũ nutritiua. Eligatur iuuenis, pinguis. Est maxime conueniens conualescentibus, & extenuatis multum confert. Nocumentum facit his qui forti exercitio vtuntur, vt sunt portatores & huiusmodi. Audi de his tribus Baldach. Starnæ, fasiani, perdices sunt in natura propinqui, & secundum ordinem se habent in tem-

peranti-

perantia & subtilitate. Nam starnę principaliter, fasiani consequenter, vltimo perdices propter desiccationem ipsarum, & hi sunt cibi, quibus non debent vti sani, vt superueniente ægritudine aliquid vltra consuetudinem comedant.

COTVRNIX.

CAro coturnicis etiam ponitur temperata, licet rursus eam calidiorem pronunciauerit, Eligatur iuuenis, pinguis . Est generatiua boni sanguinis, & paucæ superfluitatis est, conualescentibus, debilibus & sanis multum conueniens.

TVRTVRES.

TVrturū carnes calidę sunt vsq; ad secundū, & siccæ, licet habeant humiditatē quandā superfluam & indigestam. Eligantur iuuènes & pingues. Gale. dant bonum nutrimentum, sed antiquę grossum, difficilis digestionis, & sanguinis melancholici generatiuæ, quare cum pertransierūt annum, non comedantur . Nō debet comedi prima die interfectionis suæ. Vnde Gale. de dieta subtilissima. Perdix autem & turtur neque summê duras carnes habent , neq; digestibiles, neque cacochymas , sed duriores , earum vna die custoditis mortuis transcendunt faciliter, & fiunt fragiles, & inculpabiles omnino, & quia benignum exhibent corpori nutrimentū & viscosum, & in medio grossitiei & subtilitatis existunt, quòd puto sanis cibum conuenire. Acu unt ingenium à proprietate. Auer. 7. & Auicen. xiiij. tertij. de Cura malæ complexionis epatis. Et ex carnibus piscium paruorum decoctorum restringi. i. cum aceto, oleo & sale, aut cum aceto & almuses , & congelant frigida & carnibus subtilibus, scilicet carnibus hœdi, & auium

leuis

leuis digestionis, sicut est caro perdicis & turturum, non superflue pinguium, cum pomis praeparantur. Nota contrarios, qui tantum detestant carnes turturum. Verũ pinguedo mediocris multum pręparat ad facilitatem digestionis.

QVALEA.

CAro de Qualeis calida in fine primi, & verius, vt puto vsq; ad secundum, & multæ humiditatis, & ideo cito corrumpitur, vt patet, tam temperatis q̃ distemperatis inconueniens cibus, difficilis digestionis, & præparat corpora ad se, & auget ea.

TVRDI. MERVLÆ.

TVrdorum & Merularũ carnes sunt calidæ & siccæ in fine primi vsq; ad primum secundi, ita dixit Iesus. Eligantur pingues & capti cum laqueo siue retibus. Baldach. Quibusdam placuit ꝙ meliores sunt, qui cũ aue capiuntur. Sunt difficilis digestionis. Remouetur nocumentum si brodijs humidis decoquantur, & Merulæ sunt turdis meliores, grauis odoris, & quidam eos odiunt, quoniam comedunt vermes & locustas.

PASSERES.

CAro de Passeribus calida vsq; ad tertiũ, & sicca quasi in eodem, duræ digestionis, inconueniens cibus corporibus temperatis, de quibus Aui. Omnes passeres malæ sunt, commouent luxuriam.

AVES PARVÆ.

AVium paruarũ aliarum carnes declinant ad caliditatẽ & siccitatem, sed plus ad siccitatẽ. Eligantur pingues. Est caro laudabilis multũ, laudabile præstat nutrimentũ facile, facile digerũtur, & cõualescẽtibus sana.

LAV-

LAVDVLA.

CArnes Laudulæ calidæ & siccæ complexionis existunt, sed est caro magis sicca, & existimo ipsam peruenire ad secundũ gradum in caliditate, & siccam ad finem eius. Vnde Gale. de ipsa dixit, ꝙ ventrem stringit, & brodium eius ventrem laxat. Eligantur iuuenes, pingues. Difficilis sunt digestionis, & ad adducendum idem est ad id quod dixit Galen. de minutis auibus, quæ quanto maiori participant rubedine & nigredine, tanto melior est earum caro & sanguini melancholico propinquior. Cuius signum est, ꝙ illi qui multũ vtuntur eius, fiunt meliores, & graues in moribus. Et quidam recitat se hoc vidisse in experientia.

Caro minutarum auium.

AQVATICÆ AVES

DE Auibus in aquis degentibus caro earũ est mala, & quæ est deterioris odoris, est deterior, & multarũ superfluitatum generatiua. Earum cõplexionem non inuenio, nec in particulari de eis, sed existimandũ est ipsas calidæ & siccę cõplexionis existere, vt de anatibus dictũ est, nã sicciores videntur esse anatibus, vt supra de anatibus autoritate Hippo.

DE CARNE QVADRVPEDVM.

Hœdus.

DE Animalium Quadrupedum carne. Et primo de carnibus hœdinis, de domino capreto exordiar, cum multũ ac plurimũ inter cæteras carnes comedatur. Est itaq; temperata caro, nullam habens malitiæ admixtionem. Rasis. Eligatur lactans & partui non multum propinquus, & rubeorum ad nigredinẽ tendentium, & pinguiũ, nam macri multum recedunt

dunt

dunt ab eorum bonitate, & decocta & frigidata est melior ac sapidior. Sanguinis boni est generatiua, de qua Auer. 5. coll. Melior caro ex ambulãtibus est caro hœdi, ipsa enim in qualitatibus & substantia est temperata. Ex quo infertur, quòd rusticis & multum laborantibus est inconueniẽs cum eis non præbeat nutrimentum, sed in fumũ à fortibus eorũ stomachis & cibis grossæ substãtiæ consuetis resoluitur. Est ergo delicatorũ proprius cibus, est enim facilis digestionis, & elixa est melior assata. Imò quidam ponunt assatam nocere stomacho. Baldach. Scito tamen quòd cum caprina caro naturaliter sicca sit, ꝙ temperatior videtur esse ea quæ hœdæ ꝙ̃ hœdi, cum in sui natura à siccitate sit remotior, & hanc sententiã præsertim laudauit Isaac. Hircorum vero caprarum, & præcipue senum caro pessima est, sanguinem malum & melancholicum generat, difficilis digestionis est, quare omnino remouenda est, nullo modo permittenda.

AGNVS. OVIS. ARIES.

DE carnibus in specie reperiuntur Agnus, Ouis, Aries castratus. Agni lactantis caro humidissima est, & vt existimo calida in primo. Et licet gustu sit delectabilis, tamẽ multi flegmatis et viscosi est generatiua, estq; indigestibilis, & sua lubricitate cito de stomacho descẽdit indigesta, pcipue in habẽtib9 stomachũ humidum. Vnde Isaac dicit, ꝙ Gale. vituperauit agnos lactantes & oues, nisi comedens siccæ fuerit complexionis. Non lactantis vero caro minus humida, minus viscosa, minusq; mala. Vnde Auer. authoritate Raff. ipsam in bonitate ponit apud carnem edulorum, Ouium caro, & præ-

cipue decrepitarum est superflua, & mala mali humoris generatiua. Et dixi decrepita, quia iuuenis bidens laudatur à Galen. Isaac, & hæc videtur sententia Auicen. in superficie verborum, secundo cañ. ca. de carne, in principio est calidior et humidior nimis, ita vt ad siccitatem tendat. Arietum vero caro mala tam iuuenum quàm decrepitorum. Arietina decrepita minus mala, calidæ tamen & humidæ complexionis existit & vt existimo in primo.

CASTRATI.

Castratorum carnes, & maxime annuales, pingues, mediocris pinguedinis, quæ sic eligi debent, in omnibus qualitatibus temperatæ ponũtur cõplexionis quibusdam. Verũ Ioannicius ipsas ponit calidas & humidas in primo, quæ sententia magis à modernis commẽdatur. Sunt enim conuenientes omni ætati, regioni &c. & in omni tempore, & præcipue secundum primam sententiã. Eligantur vt dictum est annuales conuenienter pingues, qui nutriti sunt in bono aëre, in locis altis, vbi depastiæ sunt herbas bonas, odoriferas, Nam Auer. post hœdinas laudat has, & dicit, ꝙ hæc est opinio maioris partis medicorum, præter Galen. qui abominatur carnes arietum, & videtur sibi, quòd caro vitulorum sit melioris nutrimenti arietina.

BOVINA.

De carne in specie bouina, reperiuntur vitulus, bos, & vacca. Vitulus temperatæ cõplexionis existit, etsi declinat ad calidiorẽ & humidiorem declinat. Eligatur aliquãtulũ à partu remotus, Vt duorum mensium vel circa, & sit pinguis & facilis digestionis, & bonũ generat sanguinẽ, bonũqꝫ nutrimentũ. Vnde

Auer.

Auer.5.colli. Carnes vitulinæ sunt bonæ carnes, propterea quia non habent illam viscositatē, frigiditatem & siccitatē, quam habent bouinæ veteres, & sunt magis odoriferæ alijs carnibus, & quantum est in hoc sunt meliores hœdinis, quia in hœdinis manifestatur quędam mucilago, quando decoquuntur, sed hœdinæ sunt meliores, quia generant meliores humores. Et scito ꝙ sunt minus nauseatiuæ carnibus gallinarū, & multarum aliarū, propter quę omnia ego audax sum in dando eas infirmis. Non lactantis vero caro est minus humida. Est tamen facilis digestionis, bonū generans chymum. Vitulæ vero alijs paribus caro est in qualitatibus actiuis temperamento magis propinqua, ad humidū vero magis declinat, ad quod sexus eam trahit, & vt existimo meliores vituli carne. Bouis iuuenis carnes & secundum vulgare nostrum mancinæ dictæ, à vitulis distant qualitate passiua, ita vt siccæ ponantur, & calidæ, licet in caliditate non sint æquales, tamen distant. Vnde de eis eadem vertitur quęstio, quę est de calore iuuenis & pueri, prima primi, capit. De cōplexionibus ætatum. Sunt non multum facilis digestionis, & si bonum dant nutrimentum ad melancholicū tendunt, Sūt enim carnes robustis corporibus, & multum se exercitantibus cōuenientes, & delicatis etiā, sed cōsuetis & fortis hystimbre per maximè, cum steterunt mortuę diebus duobus ad minus, præcipue tempore frigido. De vacca dicendum est per frigiditatē & humiditatē à vitulis recedere. Vnde Auic. dicit carnem Vaccæ esse sicciorē carne caprina, quod maximè de antiqua intelligendum puto. De vacca antiqua & boue antiquo dicendum, carnes eorū ad frigidum & siccum declinare, et ratione sexus

vacci-

vaccinas esse frigidiores, & bouinas esse siccio- res, malum & melancolicum generant sanguinē Vnde Gale. si comedentes fuerint siccæ comple- xionis de facili melancolicis ęgritudinis capiun- tur. Caueant ergo.

PORCI

SVnt porci domestici & siluestres, & tam do mestici eorum quàm siluestrium quidā sunt adolescentes, quidam iuuenes, quidam senes vel decrepiti. Absolutè carnes porcinę calidę & humidæ sunt, licet antiqui & decrepiti ex eis recedant, per frigidum & siccum, hoc est, per mi- nus humidum, & vt existimo sunt calidæ in pri- mo, & humidæ in primo vsq; ad secundum, se- cundum ætates, vt dicetur, Nam lactans qui in- telligitur talis vsq; ad septem hebdomadas, vel circa, est cæteris humidior, & vsque ad secun- dum in malos humores & putrescibiles circa conuertitur, propter suam superfluam humidi- tatem. Et ideo à Christianis inductum est, con- similes porcos assatos in furno pręparari, vt exic centur à superflua humiditate, habentibus tamen fortem stomachum & siccæ complexionis, con- uenire poterunt, eo quôd plurimum dent nutri- mentum. Non lactans vero. vi. vel septem men- sium, lactante melior, & minus humidus. Eti- am castratura quę in caliditate remittitur, laudabi lem sanguinem generat, licet viscosum & plu- rimum dat nutrimentum. Eligatur iuuenis vni- us anni, vel circa. Cæteris enim melior existit, & multum nutritiua. Vnde septimo Terapeu. Nutribilissimum vero omnium quæ nouimus, est caro porcina, & de subtilissima dieta. Nu tribilissimæ sunt omnium ciborum, licet in se- ipsis quid viscosum habeant. Sunt difficilis di-

 gestio-

gestionis, faciliores tamen sunt siluestres, alijs paribus, Vnde Auicen. Christiani vero dicunt & qui eos imitantur, quòd melior caro siluestris est caro porci siluestris, Nam cum hoc quòd est leuior carne domestici, & fortis nutrimenti plurimi & velocis digestionis, & est melior quàm esse potest in hyeme. Conueniunt maxime stomachis fortibus & pueris, qui sunt fortis hystimbre cum plurimo egeant nutrimento. Decrepitorum vero carnes duræ, ligneæ, & humoris melancholici generatiuæ, & dubitatur ne ex earum vsu febris quartana generetur. Ysaac.

CAPREOLVS.

CAro capreolina ponitur temperatæ complexionis, communiter, in substãtia et qualitatibus suis, Credo tamen ipsam ad siccũ declinare. Eligatur iuuenis, & capreoli decrepiti, Cæterum non laudatur, melancholicum præbet nutrimentum, facile digeritur. Vnde Ysaac, auctoritate Hippo. Caro capreolina inter cæteras carnes siluestres proprietatem habet, quòd ipsa est saporosior & nutribilior. Videtur tamen repugnantia in dictis, hic & ante de porco. Sed credo dicendum, quod caro porcina plus nutrit in quanto, sed capreoli nutribilior, quia facilius apta cæteris siluestribus quadrupedibus in nutrimentum conuertit, Et tu cõsidera.

LEPVS.

CAro leporina est melãcholię magis generatiua alijs, Rasis. Aui. autem eam pronunciauit calidam & siccã. Iesus idẽ. Vnde ponuntur à quibusdã cali. & sicc. ad secũdum Bal. Eligentur iuuenes, & adolescẽtes, & captæ

per

per venatores, prçstant iuuamentum, his q̄ sunt superati à pinguedine, non sunt difficilis digestionis, & licet sapidiores sint assatç, saniores tamen sunt elixæ. Inducunt vigilias, stringunt ventrem, & ideo dissentericis conferunt. Vrinam prouocant. Ideo patientibus stranguriam valent, Remouetur nocumentum, si cum bonis speciebus condiatur, aliter in sanis, aliter in ægris moderandum est. Et tu considera.

CERVI

CAro cerui est dura, difficilis digestionis, melancholici sanguinis generatiua, lupi et vulpis qui quasi in virtute & complexione carni leporinæ assimulatur & caninæ, Gal. de subtilissima dięta, Equina, asinina hominibus asininis danda est.

TASSVS. ERITIVS.

DE Tasso credo dicendum quod satis complexioni porci simulatur, sed humidior existit. Et de Eritio quasi idem, de quibus non multum curaui, cum ad vsum humanum non veniant, licet quibusdam in ęgritudinibus conueniant.

DE PISCIBVS.

PIsces reperiuntur in multiplici differentia, Quoniam quidam sunt maritimi, quidā non maritimi, sed ex aquis dulcibus. Recentes non saliti, frigidi sunt, & humidi vsq; ad secundum. Dicitur vsque ad secundum, quia aliqui sunt in vltima mansione primi, vel in prima secundi, sed marini minus frigidi, & minus humidi, & paucarum spinarum. Fluuiales vero cōtra, sunt enim omnes flegmatici, & specialiter aquosi generatiui, conuenientes frigidis corporibus, humidis natura, & mollificant neruos.

Eligantur aliis paribus maritimi, sunt enim meliores, sunt enim minus frigidi & humidi, & viscosi, de quibus prius. Maritimorum quidam magni, quidam parui, quidam saliti, quidam non saliti. Et ex salitis quidam recenter saliti, quidam, in quibus processit iam tempus multum. De quibus maritimis dixit Auicen. quôd sunt optimi & subtilis carnis, præcipue cum eorum habitatio sit in littoribus petrosis, aut arenosis. Vt sol rubei, rubei, Varioli, oratæ, passeres, arbores, menulæ, in suis temporibus, & cæ. Ceuoli quoque in suo tempore dant bonum nutrimentum, sunt tamen difficilis digestionis. Et quoniam prima differentia est de magnis & paruis, Audi quod scribit Auicen. Meliores pisces sunt illi, qui non sunt magni valde, neque habent carnem duram, neque siccam, & in quibus non est pinguedo, ita quòd quasi frangantur, neque mucilago, & in quibus non est malus sapor vel odor, in quibus etiam est sapor suauis, & quæ sunt pingues, superfluam non habentes pinguedinem, nec grossam, vt sepum, & quibus non cito aduenit febris cum ab aqua separantur. Hæc etenim videtur regula ad discernendum bonos à non ita bonis. Galen. tamen de dieta subtilitatiua dixit. Quicunque pisces mollem & frangibilem habent carnem, sunt aliis meliores. Et subdit quod hæ sunt duæ veræ cognitiones de cuiuslibet animalis carne, scilicet mollities & frangibilitas. Et maior cuius caro est mollis melior, minor vero, cuius caro dura est, melior. Sed dicet aliquis, fama quam omnes famant non ex toto perit, Ethicorum septimo. Ipsa enim cœlestis impetus sequitur, sed fama est, quòd meliores sunt pisces antiqui, qui communiter maiores sunt nõ antiquis, ergo

Optimi pisces

ergo &cæ. Pro isto credo dicendum, quod illud dictum absolute non est verum, sed intelligitur meliores, id est, gustui delectabiliores, cum quo stat quod non sunt meliores, quia saniores, imo minores viuentes in eadem specie sunt saniores, Vt temali, parui, minuti saniores ipsis magnis. De salitis dicendum, quod ipsi sunt calidi & sicci, in primo, & quanto plus crescunt et antiquãtur, tanto plus crescunt in ambabus qualitatibus, & meliores sunt recenter saliti, & sunt grauis digestionis, & faciunt sitim, Vt sturiones saliti, murena, toniua, & huiusmodi. De piscibus aquarũ dulcium eligantur, parui, petrosi, subtilis corij. Et plurimi cum inueniunt textus auctorum dicentium, pisces parui petrosi, exponunt, Vt marsiones. Credo quod auctores de marsionibus non intelligunt, cum dicunt pisces parui, & causa est, quoniam marsiones carent duabus conditionibus in bonitate piscium requisitis. Prima ꝙ nõ debent esse mucilaginosi. Vt Auicē. supra. Secunda debent esse multi exercitij, vt infra, Vt in regulis ipsorum. Marsiones autem non sunt multi exercitij, sed in locis petrosis sub petra iacent. Sed temali parui & tenchę paruę, quę apud nos dicti iaceoli, sunt sine mucilagine, sunt maximi exercitij, optimi saporis & odoris, ita quod credo textum de illis verificari, vel exponi debere. Apud nos reperiuntur plures species piscium commendatorum, Vt temali, lucij de aquis currentibus, carpiones, lampredæ. Vituperantur squaliticæ, & precipuè vallosæ, & similiter lucij vallosi, sed tamen magna est differentia inter valles, quoniam aliquę sunt multũ cenosę, aliquæ à ceno magis mundatæ, in vallibus magis cenosis vituperãtur magis. De anguillis vero specialiter Anguilla.

dicā, quoniā est cibus gulosorū gustui amœnus & suauis. Vnde de Abbate guloso dicitur, Versus. Gaudeant anguillæ, quia mortuus est Abbas ille. Oribasius auctoritate Diosc. dicit ꝙ anguillæ sunt multi nutrimenti, lubricitantes Ventrē, mundificantes cannam pulmonis, & vocē clarificantes. Et remouetur omne nocumentū earū, si cum bono vino & optimis speciebus pręparentur, dū modo recipiant aliqualē ebulitionē in aqua quæ proijcitur. Item comestio alleorum, & earū præparatio cum alleo. Non sunt ergo ita eijciendæ, sicut quidam dicunt, timendæ tamen sunt tempore suspecto. Vt tempore Maij. Et eligendæ sunt, qui sunt ex aquis mundis, claris, currentibus, & bonis, quę sint purgatæ, & quod steterint captæ in viuario, &c. De piscibus dantur Canones siue Regulæ. Prima quod á lacte piscium omnino cauendum est. cum sit facile putrescibile, & reliquum cibum corrumpat. Rasis. Secunda, Abstinendum est omnino de piscibus assatis & infrigidatis qui in loco steterunt humeroso. Tertia Quòd post assationem eorum non sunt in volutione inuoluendi & suffocandi quod non possit aliquale vapor ex eis exire. Solent enim, Vt ex secundo, praua accidētia generari, & sicut ex quibusdā rebus venenositatē habētibus. Quarta, Vt saniores sint, debent decoqui in aqua, nam in aqua remanent viscositates, & eorū superfluitas, & pręparātur cū sale & aceto, & erūt eo casu cōualescentibus idonei. Decoctio nāq; eorum cū aqua & aceto & bonis speciebus optima. Et nota, quod prius aqua debet feruere, antequā imponantur pisces, & maxime cum decoquuntur recentes. Quidam præsumpserunt dicere, quòd meliores sunt assi, quàm elixati, & ante eorum assationem

Regulę de piscib9

tionem

tionem dicunt præfaliri per ſpacium vnius horę, deinde inuolui in herbis odoriferis & bonis, vt petroſilino, mentha, ſaluia, roſmario. Quinta, Quòd meliores ſunt frixi quàm aſſati, Gale. Tertio Alimentorum, ex quibus patet ſolutio quæ quærebatur, qui ſint meliores, an elixi, an aſſi, an frixi. Gale. vero alio loco videtur dicere, quod frixi ſanis ſunt meliores, conualeſcentibus vero elixi. Poſtremo ad complementum notitiæ bonitatis ipſorum, ſcito quod ex loco, cibo &cę. bonitatem capiunt aut malitiam. Ex loco, quoniam qui morantur in locis petroſis, arenoſis, aquis dulcibus, currentibus, quæ non ſolum limoſæ, lacunales, campeſtres, neq; de lacunis paruis, quæ flumina non imbibunt, & in quibus non ſunt fontes, ſunt meliores, & qui morantur in aquis diſcoopertis flatui ventorum, & qui morantur in aquis multarum agitationum, & vndarum, & q morantur in littoribus petroſis, præcipue ſunt alijs meliores. Ex cibis, qui cibātur bonis herbis & radicibus plantarum, ſunt meliores eis qui cibantur ſordibus, quæ proijciuntur in ciuitatibus ad locū infuſionum, & qui cibātur herbis malis, dato quod ſint ſapidiores. Ex quibus patet, q̄ piſces qui capiūtur in cannalibus Venetis, vel iuxta, ſunt tales, quales &c. Item piſces qui paſcuntur in oris fluuiorum recedentiū de mari, & venientiū ad mare loca fluuiorum, vt ſunt ſturiones &c. ſunt boni. Hęc tibi breue de piſcibus.

CANCRI.

CAncrorū complexionem nō inuenio ab authoribus determinatā, ſed quia dicitur eſſe de ſpecie piſciū, & quoniā inducunt ſomnum & vehemēter extimo ipſos frigidos & humidos, & amplius humidos. Nam credo

ipsos frigidos in primo, humidos in secũdo. Quidam tamen protulerũt eos calidos, quoniã in eorum decoctione efficiuntur rubei quibus hac in parte non consentio, difficilis sunt digestionis, et si bene digeruntur, plurimi sunt nutrimenti. Aui. & de fluuialibus loquor. Conueniunt phthisicis & maximè decocti cum lacte asinæ. Vbi febris putrida non fuerit. Et similiter decocti cum aqua hordei. Decoquantur cum robilijs siue meiscæ, comedãtur cum aceto, speciebus, & sale. De marinis dicti Cambarusoli, siue parui cancri. Galen. nocent stomacho, & maxime neruositati eius, propter nitrositatem quæ est in eis. Sunt difficilis digestionis & solutiui propter salsedinem. De cæteris vero marinis quid dicendum sit, sicut de piscibus dictum est, ꝙ maritimis sunt minus frigidi, ita de cancris proportionabiliter, vt ꝙ maritimi sunt respectu illorum de aqua dulci minus frigidi & minus humidi, sunt tamen difficilis digestionis. Pistetur cancer & misceatur cum fermento in modũ emplastri, & superponatur morsuræ canis rabidi, mirabiliter confert.

OSTREÆ.

VNiuersaliter ostreæ & conchilia sunt difficilis digestionis & neruositati stomachi nociua, & sunt ventosa. De earum cõplexione nõ inueni, sed credo de ipsis dicendũ vt de piscibus. Eligãtur quæ ad albedinẽ trahũt, & quę ad nigredinẽ minus bonę. Vtuntur homines multi eis ad saturandũ gulã & luxuriã, & male. De eis ab authoribus nõ inueni, vsqꝫ modo, ꝙ faciãt multũ in via cibi, sed plus in medicina, nã ex eis plurima fiunt experimẽta in vlceribus, vt patet per Serap. in suo de simplici prop. Decoquũtur quãdoqꝫ super prunas quãdoqꝫ in aqua dulci,

& melius, & eorũ completa decoctione cognoscitur quando aperiuntur. Et de his hæc pauca, cum modicis valeant specialiter in via cibi.

DE CIBIS SECVNDÆ MENSÆ & fructibus arborũ. Ex Paulo Ægineta, de ciborum facultatibus

FIcus & Vuę inter omnes fructus autũnales pręcipuũ honorẽ obtinẽt, vtpote quorũ succus, & minore vicio participat, et magis alit At Ficus vuis sunt succi multo melioris, ac magis alunt. Aluum mouent, vrinã cient, renes purgant, maxime quæ fuerint admodum maturæ. Similiter & caricæ, flatum tamen & improbum sanguinem faciunt, atque iccirco si in crebro vsu fuerint, pediculos pariunt. Vuæ retentæ quidem non concoquuntur, & malum succum reddunt, per aluum vero deiectæ, moderatiores euadunt. Vuæ passæ calidiores sunt, stomachoq; aptiores atq; reliquis vuis magis alunt, sed minus aluum soluunt. Mora vehementer humectant, medio criterq; refrigerant, atq; in prima mensa assumpta ventrem molliunt, haud quaquam stomacho aliena, sed parum alunt. Ex cerasijs dulciora quidem, aluum citant, at stomacho noxia sunt. Acerba vero, vt stomachum magis solãtur, ita minus molliunt aluum. Atque eadem ratio tum in vuis & moris, tum in alijs multis obseruatur. In totũ vero, astringentia siue edantur siue bibantur ante alium cibum, aluum cohibent. Quibus vero venter ob imbecillitatem nihil deijcit, ij aliquid quod molliendi facultatem habeat, veluti olera, aut pisces, aut aliquid huiuscemodi pręmittere debent, deinde astringentia sumere, quæ aluum roborantia, deorsum impellant atq; ad secretionem excitent. Nux Pini, boni crassiq; succi est, atque esui

 apta,

apta, sed non facile concoquitur. Persica mali succi sunt, acescũtq; & facile corrũpuntur, ideoq; in primis sunt exhibenda, vt & protinus deijciãtur neq; ꝓpter morã in vẽtriculo corrũpãtur. Præcocia vero & rhodacina & Armenia Persicis meliora sunt, neq; enim acescũt, neq; similiter corrũpuntur, ac sunt etiãnũ delectabiliora. Pomorũ sua uia quidẽ reliquis sunt calidiora, & facile trãsmittuntur, pręcipue si vel assentur vel elixentur. Acida autem vt frigidiora sunt, ita humores in vẽtriculo magis incidunt. Austera, stomacho quidem robur afferunt, & ventrem cohibẽt, sed maxime Cydonia. Eiusdẽ potestatis sunt Pira maiora atq; matura, sed plus alimenti prębent. Mala punica refrigerant aluntq; parum. Mespila, Sorbaq; magis astringunt, ideoque fluenti aluo idonea sunt. Palmæ nisi admodum pingues fuerint, stomacho quidem conueniunt, sed aluum supprimunt, atq; crassos viscososq; humores pariunt & capitis dolorem inducunt. Ex Oliuis druppæ quidẽ stomacho alienę sunt & crassi succi, Colimbades vero & quæ in muria seruatæ sunt in prima mensa assumptæ, appetentiam augent, aluum citant, atq; id magis si vel aceto vel oximelle condiantur. Nux iuglans, auellanis minus alimenti præbet, sed stomacho magis conuenit. Nuces recẽtiores humidæ sunt, atq; aluum mouent, aridæ vero, si in aqua maceratæ ab interno putamine mundentur, haud minorem viridibus habent efficaciam. Amygdalæ incidendi attenuandiq; vim habent, vnde & viscera & thoracem purgant, maxime vero amaræ. Pistacia haud dissimili sunt potestate sed in leuanda iecinoris obstructione, sunt præstãtiora. Damascena ante cibum sumpta, siue cruda siue ex mulso cocta, aluum soluunt. Syriaca
haud

haud facile concoquuntur, stomacho aliena sunt, & leuis alimenti. Siliquæ concoctioni remittuntur, ventrem astringunt, & sunt mali succi. Sycomora manifeste refrigerãt, humectantq;. Cytrei mali, externa pars acris est, quæ vero veluti carnis speciem præ se fert, licet esui sit idonea, vix tamen concoquitur, id vero quod intus continetur siue acidum, siue aqueum fuerit, vehementer infrigidat. Glandes frumentaceis haud minus alũt, sed concoctu difficiles & crassi succi sunt, atq; tarde transmittuntur. Castaneæ omni ex parte glandibus sunt meliores.

DE RATIONE CIBOS INCIDENDI, SEU, VT HODIE VOCANT, SCRUTÃDI QUÆDAM NOTATU DIGNA.

MVlta vulgo esse videmus, quæ licet artis appellatione proprie venire non possint neq; soleant, tamen & ipsa suas quasdam ex longa obseruatione regulas habeant, quas qui neglexerit, neq; cõmode quod facit facere, neq; decenter omnino existimetur. Ita suas habent obseruationes qui cursu certant, qui saxo, qui lucta, qui saltu, qui talis deniq; aut chartis ludũt, vt nulla fere res sit, quæ non & decorum suum & commoditatem peculiarẽ habeat. Eadem igitur solertia conuiuia quoq; irrepsit, vt obseruarentur certi quidam modi, quibus in epulis speciosius atque cõmodius incidendis, distribuendisq; decorum quoddã quæreretur. Quæ res eo tempore processit, vt etiã publicæ Scholæ olim Romæ eius professionis essent, in quibus discipuli, omnes eos ductus atq; incisiones, quibus in diuersi generis cibis vtendũ esset, edocebantur formatis ad hoc ex ligno opsoniorũ figuris, ea ratiõe, vt ad ductũ cultelli suis quibusq; locis partes leuiter affixæ reci-

derent

derent, & discipuli ea manifestissima demonstratione, Scrutandi atque incidendi modum perciperent, & ad eum in ficticijs illis exercerentur. In ea vero professione præcipue celebris Trypherus quidam extitit, id quod ex Iuuenali constat, in Satyra vndecima, vbi & eius disciplinam descripsit, his verbis:

Sed nec Structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quē
Sumine cū magno lepus, atque aper, & pygargus,
Et Scythicę volucres, et phœnicopterus ingēs
Et Getulus orix, hebeti lautissima ferro
Cęditur, & tota sonat vlmea cœna Suburra,
Nec frustum capreæ subducere &c.

Ad præcepta igitur & regulas magistri, Structorem vel Chironomonta (nam hæc erant illis nomina, qui ad mensam opsonia cædebant) singula secasse hinc satis apparet, iunctis quæ in Satyra quinta idem poeta scribit.

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantē spectas, & Chironomonta volanti
Cultello, donec peragat mandata magistri
Omnia, nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Illud autem officium seruis olim demandatum erat qui secare solebant quę ad mensam afferebantur. Vnde est quod Anneus Seneca in Epistolis ad Lucilium scribit, vbi de seruis loquitur. Alius inquit, preciosas aues scindit, & per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manū & in frusta excutit. Subiungens. Infelix qui vni huic rei viuit, vt altilia decenter secet, nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis caussa docet, quam qui necessitate discit. Et is mos apud aliquas gentes etiamnum in vsu est. Apud nos autem Germanos

Lib. Epi. vi. Epist. xlvij.

manos hodie plane contra agitur, & illæ partes à seruis ad dominos, & eos qui honoratiores, dignioresq; habentur, deuenerunt. Ex illis vt quisq; videri lautissimus vult atq; ciuilissimus, ita vltro solet istud officium sibi desumere. Vnde factũ est, vt qui sint harum obseruationum imperiti, à reliquis fere derideantur, minusq; liberaliter aut ciuiliter inter homines versati fuisse putentur. Ne igitur nobis aliquando accidat quod olim Themistocli, qui quum pro more in cœna lyra circunferretur, & ipse eius se imperitum confessus esset, habitus est indoctior, ita & nos si nugas istas ignoremus, eo etiã maxime qđ nugas perdiscere nequiuerimus, ad alia perinde omnia rudiores videamur. Et sunt quidam ita nasuti & præcallidi, q ex istis etiam minutijs ausint de aliorum ingenijs iudicare atq; pronuntiare.

MICHAEL SAVARONOLA

De modis incidendi. Tracta. ij. Rubri. LI.

IAm restat de modo incidendi pro nobilibus pro complemento Capituli, vt pollicitus fui, quędam curiosa annotare pro incidentibus nobilibus. Sciant itaq; primo incisores carnium coram nobilibus, quod caro melior & digestibilior est illa, quæ est circa os. Secũdo quod dextrę partis caro leuior & calidior est ac melior sinistræ. Tertio, qđ anterior alijs partibus est leuior et calidior, & secundum Hebræos eligibilior, nã posteriora animalium ex lege sua condemnantur, ex quo infertur quod debẽt incidere dominabus de parte dextra anteriori, viris autem & congruentius & de anteriori & sinistra, cum sint dominabus calidiores. Quarta inchoando ab auibus & secundum ordinem supra positum, debent incide

re, In-

re, Inchoando ab alis gallinarũ, caponũ, perdicũ, fasianorũ, & huiusmodi incidendo minutim satis Itẽ ex gallinis si in eis epata existant, debent ante ponere scindendo in duas vel in tres partes secũ dum quantitatẽ epatis. Vbi notandũ est, & pro sequentibus quod curiosus incisor debet semper sic diuidere mẽbra animalis, vt nõ sit opus, quod dñs vel dñi eius pro incidẽdo cultello vtatur, nã sic faciendo induit officiũ serui eius. Ex quo infertur quod male operantur qui columbos solũ diui dunt in quatuor partes, de quibus infra. Deinde finitis alis, procedat ad pulpas, & posteriora pectoralia, & vltimo ad coxas & ad dorsum. De alis pullorũ secus est, nam eligibiliores sunt coxæ à quibus inchoandum est, deinde ad alas procedẽdum, vltimo ad pectora & ad dorsum. De alis aliarum auium dicetur suo loco. Errant existimo qui columbas iuuenes, sicut pipiones in seruiendo in mensa, in quatuor partes tantũmodo diuidunt, nam sic diuidendo oportet dominum induere habitum serui, & manus deturpare, cum sic nisi diuidantur minime honeste comedi possunt, qđ turpe est. Nam ibi est seruus, vt in omnibus seruiat, & dominus manus à gladio omnino retrahat. Debẽt ergo demẽbrari vt pulli, & coxæ prius debent scindi minutim, quàm magis curiose fieri possit, & presentari. Et de reliquis, vt de pullo. Anatum vero & anserum plus debent pectoralia eleuari et incidi, nam ducatur gladius inchoando à surcula pectoris, adhærẽdo ipsum ossi, qđ est in medio pectoris, vsq; ad coxas, et ex alia parte inchoandum ab osse alæ, vsque ad iam dictum locum, et sic extrahetur faciliter tota caro pectus cooperiens, deinde procedatur et ad alas, vltimo ad coxas, et dorsalia, et si in eis epata inueniantur antepo-

Epatis incisio.

Pullorum incisio.

Columbarũ incisio.

Anatũ & anserũ incisio.

anteponantur, & incidantur vt patet, nam inter
omnia epata ſunt meliora. Sint etiam boli ita par- Epata an-
ui, vt domini vel dominæ non fiant difformes, ſe- ſerina
cundum genas in eorum comeſtione. Vbi pro
regula habenda eſt, quod tolerabilius eſt peccare
in paruitate boli, quàm in eius magnitudine. Vn-
de in ſumma tres habeantur canones generales. Tres cano
Primus quod inciſor cui datum eſt officium gla- nes inci-
dij, ita incidat, vt ipſius gladij omnem effectum dendi.
penitus faciat, nam ob hoc datus eſt gladius. Et
ſi contingat in hoc deuiare, ita vt opus ſit domi-
num cum gladio incidere, ſequuntur duo incon-
uenientia. Primum dominus induit habitũ ſerui
Secundum, quod ignominioſum eſt domicello,
Nam ex hoc videtur quod non complete ſatisfe-
cerit. Ex quibus ſequitur, quod errant domicel-
li qui bolos artoclearum magnos faciunt, Nam
cõmenſuratos ſcindere debent vt patet. Secun-
dus, quod bolos domicellus ita cõmenſuratos fa
ciat, vt ori ſint proporcionati. Ex quo ſequitur,
quod alios bolos dominabus, alios viris, alios no
bilibus pueris, domicellus incidere debet. Vnde
viris maiores, dominabus minores, pueris nobi-
lium medios inter hos. Tertius, quod domicell9
nunquam debet incidere dominabus bolos oſſea
tos, quia ex eorũ comeſtione deformes & curio-
ſæ videnẽ, nã honeſta comeſtio pl9 in muliere lau
datur, nã quę honeſte comedit videtur ac ſi eſſet
domina in eius comeſtione, & è contra cũ turpis
et indecora eſt, in muliere damnatur, hominibus
vero audatius dandi ſunt plus. De grue vero & Epata pa-
pauone dicendum eſt vt de anſere, ſecus tamẽ eſt uonis &
de eorũ epatibus, nam illa non commendãtur ab gruis
auctoribus. De turture vero dicendum, vt de co- Turturũ
lumbis & pullis, quãtum ad earum demẽbratio- inciſio.

nem,

nē,ſed in cęteris debet prius domicellus alas pō-
nere, deinde coxas & pectoralia, deinde dorſalia
deinde in plures partes honeſtas, qui ab ore ho-
neſtè tractari poſſunt. Quod & de pullis & colū
bis intelligendum eſt. Qualeæ etiam demembrē-
Qualeæ. tur, & extrema oſſuoſa abijciantur, deinde ex alis
fiāt tres boli, vſq; ad. 4. & de coxis. ij. vel. iij. pe-
ctoralia vero diuidantur, & ſimiliter dorſalia ſecū
dum canones. Turdi & merulæ ſic incidantur et
Turdi & merulæ. demembrentur, turdus in quatuor partes, ſcilicet
in alas duas, & coxas duas, deinde ducetur gladi-
us per medium, & diuidantur dorſalia à pectora-
libus, & ſic fiant parui boli. Sunt quidam qui de-
lectantur in eſu ſtomachorum ſuorum, quoniam
in eis reperiuntur quandoq; iuniperi, ſed tamē eſt
periculoſum, quod turdi comedunt iuſquiamū,
& in quantitate quę hominē interficit, ideo &c.
Et de Alauda dicendū vt de turdis. De auibus mi
Aues minutæ. nutis dicendum, quod in quatuor partes tantum
diuidendæ ſunt, quoniam oſſa ſunt valde tenera,
& cum carne comeduntur, diuidantur in modū
crucis ducendo gladium per longum, deinde ex
De quadrupedibus. trāſuerſo. Iam de animalibus quadrupedibus ſer-
uando ordinem poſitum ſupra. Et ſit in omnibus
canon primus generalis quod ſemper fiat inciſio
ſecundum tranſuerſum & non ſecundum longū
carnis. Secūdus quod caro muſculoſa ſemper, cū
cętera deſunt, vltimo incidatur.

Capretus De Capreto incidatur pectus. Item, quod eſt
inter coxas apud renes, & illa quæ eſt coſtis ad-
hærens. Renes vero Capreti, & maxime lactan-
tis, ſuper omnes à medicis laudātur, quare ob ſuā
pręrogatiuam incidi debent, et nobilibus antepo
ni. Item quia omne membrum ſibi ſimile confor
tat, cum nobiles ocio dediti, plus luxurię intēdāt,
quam

quàm laborantes &c. Hinc de ipsis comedere debent oculi, & eius anteponantur. De Agno dicẽdum, quod de Capreto. De Ariete vero dicitur, quod pectus lũbi circa spinã, & caro pectus cooperiens incidi debet. Illa autẽ quę est apud renes eorũ minime, & incidatur semper ea caro, quę sit pinguedini propinqua, & semper de anteriori iuxta canonẽ antepositum, per maxime de ipso, Nã pars posterior eius est grauioris odoris. De vitulo vero incidatur pectus, & quæ est coxi annexa & lumbaris pars eius, & de parte posteriori quæ sit pinguedini propinqua siue adhærens. Quod si vitula fuerit, possunt & debent anteponi, sed deinceps reseruabo de membris animalis vsq; in finem. De porco dicendum, quod incidi debet secundum eius pectus & secundum partes pectori adiacentes, quæ in vulgari nostro dicitur pancia, & lumbi eius qui dorso adiacent, et ex assato partes fœmorales, versus panciam, sicut fit de paruo capreto. De Leporina, coxarum quæ in medio iacent, & lumbi per totum. Vltimo partes posteriores. De capreolina quasi idem iudicium. Ex quibus patere potest modus se habendi in scindẽdo in reliquis omnibus carnibus. Restat quicquã de partibus animalium dicere quę per domicellos nobilibus debent anteponi. Ex cerebris, cerebrum Arietis, hœdi, vituli, præparatio dicta est. Ex medulla ea quæ vituli & bouis & maxime iuuenis. Ex oculis, oculi hœdorum & agnorum.

Agnus

Aries

Vitulus.

Porcus

Lepus

Partes animaliũ prę stantes.

Ex auribus, porcinæ & extremitates. Ex linguis agni, hœdi, porci, vituli, bouis, arietis, & similiũ, quę in plures partes diuidi debent, & incidi cum musculis suis, quoniam sapidior existit.

De collis, collum gallinę diuisum in plures partes, & similiter collum elixi. De vberibus, vbera

vitulæ, ex quibus fit assatũ, deinde assatũ pro potestate cum sunt elixa, deinde supra prunas decoquuntur amplius. De pulmone, pulmo arietis, hœdi, vituli & porci, habẽt enim supra alios prærogatiuam, debet ergo hoc domicellus nobilibus dare, vt in arte sua videatur industrior. Ex epatibus epar anatis, deinde anseris, hæc prærogatiua habẽt supra alia, deinde gallinarum pinguiũ, deinde porcorum. Ex splene, splen porci. Ita dicat domicellus modicos dicere. De renibus dictum est. De testibus gallorum pinguium, qui nondũ coire cœperunt. Ex intestinis, intestinum rectum, dictum intestinum nobile, intestinum monoculũ. Ex pedibus, anteriores agnorum, vitulorũ &c. Ex caudis, cauda arietis, & vituli in partes multas diuisa. Ex cutibus, cutis gallinarum, Caponum, anserum, porci, & huiusmodi. Adeps vero & pinguedo solæ reijciantur, aut cum alijs carnibus incidi debent. Et de his hæc pauca quæ plus gratia solatij & curiositatis quàm necessitatis apposui.

CARNIVM PRÆPARATIONES.

SEd postremo duxi necessariũ de certis præparationibus carniũ quicquã dicere. De assatura carnis super prunas, scito quod multũ nutrit, & corpus roborat, tardæ tamen digestionis est, ita vt vix tota digeratur. Vnde solum fortibus stomachis danda est, nec post eam est alius assumendus cibus, & post assumptionem eius parũ bibendum est. Caro autem quæ cum pinguedine frixa est, est faciens fastidium, & de stomacho tarde descendit, nutrit tamen potenter, & est leuior ea, quæ supra prunas assatur, illa tamen quæ cum oleo frigitur, leuior atq; digestibilior est. Ca

ro vero

ro vero quæ in veru coquitur grossa est, & multum dat nutrimētū, neq; bene digeritur, nisi stomachum inuenerit robustum atq; calidū, in summa, est difficilis digestionis, respectu eius quę elixatur. Elixa autem, alijs paribus, facilioris est digestionis. Et est aduertendum, quod caro multū alteretur ex decoctione eius cum aqua, Cum qua si quid frigidi ponitur redditur frigida, si calidi, calida, & huiusmodi. Pro quo vide Rasim.3. Almāsoris, cap. decimo. De piscibus vero dicendū iuxta canones positos de carnibus, quod ita anteponi debent, quod boli eorum sint commensurati. Quod & de caseo & lacticinijs. Qđ si quis delectaretur incisione piscium, tunc fiant boli minuti, vt spinæ minutæ fiant, ne ex eorum longitudine subsequatur retentio earum in partibus gutturum, vt pluribus iam euenit. Pisces.

DE PARTIBVS ANIMALIVM, & earū qualitatibus, quæq; alijs pręstātiores, ex eodem Sauaronola. Tract. ij. Rub. xxxij.

CEREBRVM, MEDVLLA.

DE partibus Animalium de quibus supra tā interioribus q̄ exterioribus, & in isto eodem capitulo annotabo quædam curiosa, & vtilia pro his qui in scindendo nobilibus in mensa seruiūt. Sed prius de membris dicendū, initiū faciēs de cerebro & medulla, & huiusmodi. Dicetur de cerebro vt est cibus & non mēbrū. Est frigidę & humidę complexionis, vt quidā eū trahāt ad secundū. Eligātur mēbra volatiliū, & proprie montanorū. Et ex quadrupedib9 cerebrū arietis, hœdi & vituli, est nauseatiuū, delet appetitū, est tardæ digestionis, & in summa nocet stomacho. Remouetur nocumētū si bonis

 condi-

condiatur speciebus, & proprie stomachalibus, & origanum, piper, aut sal est condimẽtũ eius, et debet comedi ante omnẽ cibũ, sed quãdo bene digeritur notabile dat corpori nutrimentũ. Gale. Cerebrum autẽ leporinum est optima medicina, vt dentes infantes leuiter emittant fricando gingiuas, licet lac canis prǫualeat. Et quoniã ipsum est sicut medulla capitis, consequenter dicendum de medulla, est enim quasi tẽperata. Vnde Rasis: inter caliditatẽ & frigiditatẽ tẽperamento vicina existit. Eligatur quǫ in ossibus existit, & vitulina cæteris melior, quǫ vero est in spinali, sic se habet vt quæ est in cerebro, propinqua dicta nucha, est cerebro similis. Quæ vero in extremitate spinæ, magis sicca, media vero medio modo. De ea dixit Gale. 3. alimentorũ, quod si bene digeratur alimentũ dat corpori non paucũ, est stomachi cõturbatiua, & appetitum delet, vt Auicenna. Remouetur nocumentũ sic, cũ pipere & speciebus aut sale comedatur. In me expert9 sum, & in alijs pluribus, si ex ea modicũ comedatur calida, & cũ sale confortat stomachũ, & prouocat appetitum Vnde credo dictũ Auicennã intelligi debere, si sola, & in quantitate comedatur.

OCVLI, NERVI, ET AVRES.

DE oculis dicendũ, vt de cerebro, nã aliter cõplexionatur membrũ vt est membrũ, & aliter vt est cibus. Oculi enim sunt cõpositi ex humoribus, tunicis, & pinguedine. Vnde oculi pingues de animali pingui ponuntur frigidi & humidi et existimo in primo. Macri vero & sicci ex animali sicco & macro sunt frigidi & sicci. Isaac. sunt tamen graues ad digerendũ & viscosum dãt nutrimẽtũ, & hoc propter pinguedinẽ eis admixtã ad qđ cõcurrũt musculi ex

quibus

quibus cõponũtur. Remouetur eorũ nocumentũ si cũ aceto, pipere, zinzibere & similibus comedantur. Nerui eiusdẽ sunt cõplexionis, duræ digestionis, parum dant nutrimentũ & viscosum. Sed de auribus extremitates sunt incidendæ.

GVTTVR. LABIA.

De gutture dicendũ, quod est chartilaginosum, frigidum & siccum. De labijs quasi idẽ quod de naribus, & aurib9, sunt tamẽ naribus meliora, & credo quod vt sunt partes viuentis corporis, sunt complexionis calidæ, cum sint carnea multum, vt infra Tract. vi. cap. viij.

LINGVA.

ETsi lingua cõponitur ex venis, neruis, & lacertis, tamen eius caro est laxa humida, ita ꝙ eius nutrimentũ est humidũ. Auicenna. Dixit tamen Isaac, ꝙ eius nutrimẽtũ est medium inter durũ & molle, ꝙ si comedatur cũ lacte vel lacerto sibi iũcto, laudabilior & digestioni magis conueniens. Linguarũ carnes sunt tẽperatę, quarum nutrimentũ est mediocri in quantitate. Verba sunt Rufi & Ioannis, existimo ipsam calidam & humidã, plus tamen humidã, vt digestioni sit aliqualiter grauis, nam cum decocta est, duræ & satis solidæ substantiæ est, & cũ ex neruis venisq; componitur &c. quę sunt digestioni grauia.

ALÆ.

ALæ auiũ bonarũ, & præcipue cõpletarũ, sunt laudabiliores, vt sunt gallinarũ, caponum, perdicum, fasianorũ, & melius dãt nutrimentũ, & est tẽperatius alimẽto aliarum partiũ. Graduantur autẽ secundũ gradũ animaliũ. Mire cõualescẽtibus prosunt, quia debilis sunt caliditatis, præcipue gallinarũ, & velocis digestionis. Dicendũ est completarum, quia pullo-

rum coxæ sunt alis meliores, cum nōdū eorū alæ fuerūt exercitio expositæ. Vnde quāto ala magis exercitatur, alijs partibus melior existit. Et alæ paruarū auium & pinguium sunt meliores.

COLLVM.

COlla autē sunt dure digestionis, & quanto aues plus ꝓcedūt in ætate, tanto duriora et tardiora ad digerendum, sapida tamen sunt.

VBERA.

VBerū carnes sunt similes carnibus glādosis, & cōplexio earū est humida, declinās ad frigiditatē, sunt boni saporis & dulcia, & ex eis generatur sanguis bonus, et multum nutriūt, licet tarde digerantur. Eligantur de animalibus iuuenibus & tēperatis, et māmillarū in quibus est lac. Nutrimentum est grossius.

PVLMO.

PVlmo vt cibus est frigidæ & humidę cōplexionis, quod sit humidæ, cōueniūt authores qđ autē sit frigidæ, discordāt. Nā Ioānes & Rufus enunciauerūt ipsum calidū. Rasis ipsum frigidū posuit. Aui. dixit ipsum prębere nutrimētū flegmaticū. Idē Isaac. Vnde credo ipsum ponendū frigidū esse, vt placuit Rasi. De eius cōplexione apud authores Medicinæ multū depromuntur, specialiter super prima primi, ca. de complexionibus mēbrorū, & est quęstio de eo vt mēbrū est, & ex illis dictis potest trahi sententia hic posita, si bene consyderentur. Vnde credo ipsum poni debere frigidū & humidū in primo. Eligantur & ex animalibus iuuenibus tēperatis, aut tēperamēto vicinis, & etiā calidis, pinguibus, aut arietis iuuenis pinguis, vituli, porci domestici, hœdi, &c. Est facilis digestionis, & cito de stomacho descendit propter raritatem & leuitatem

suæ

ſuæ ſubſtantiæ. Sed cæterorum membrorum comparatione minus nutrit. Vnde pinguedine grauati comedant, & cętera. Confert & flegmaticis, dat nutrimentum vt ſupra, & ventrem ſtringit. Pulmo vulpis phthiſicis mirabiliter confert.

COR.

COr graduari poteſt dupliciter, vt membrũ & vt cibus. Vt membrũ, quia cõſyderatũ ſic formaliter ſecundũ modũ loquendi Thadei calidũ eſt & ſiccũ. Vt cibus, hoc eſt materialiter, & ſecundũ materiã & partes cõponẽtes &c. frigidũ eſt & ſiccũ. Inuenio tñ Ioãnẽ & Rufum ponere ipſum calidũ & humidũ, qđ credo intelligi debere, de ipſo quantũ ad effectũ, qa productiuũ eſt ſpiritus, qui calidi & humidi complexionis exiſtit. Tamẽ gloſæ nõ debẽt placere, quę de ipſo pertractãt. Vt cibus eſt, graduari debet frigidæ & ſiccæ cõplexionis, cum ſit arterioſum, neruoſum ſatis, quæ omnia frigida ſunt, & paucæ carnis. Eligatur ex iuuenibus animalibus et pinguibus, difficilis eſt digeſtionis et parũ nutrit, tamen ſi bene digeritur, ſatis de nutrimento præbet. Gal. ſi accipiatur cum ſale, pipere, cimino. Remouetur nocumentum eius ſi poſt comeſtionem accipiatur conditum.

STOMACHVS.

STomachi complexio frigida et ſicca ponitur præcipue quantũ ad tunicã interiorẽ, nã exterior plus carni ſimulatur. Duræ eſt digeſtionis et pauci nutrimenti.

EPAR.

EPar calidi et humidi vſq; ad ſecundũ, et vt credo calidius eſt, qđ eſt ex animali calidiori, Membra autem animalium aſſimulantur

animalibus, quorũ sunt mẽbra. Eligatur epar anserũ, anatũ pinguiũ, deinde gallinarum pinguiũ, deinde porcorum, deinde animaliũ lactantiũ, est difficilis digestionis, grossum præbens sanguinẽ. Remouetur nocumentũ si decoquitur in oleo, cũ sale superposito, quod si tunc digeretur laudabilem sanguinem dabit. Epar capræ non vidẽtibus de nocte mire confert.

SPLEN.

Splen cõplexionis ponitur calidæ et siccæ, vsque ad secundũ. Ego vero idẽ quod de corde credo, nam est multũ arteriosum. Item cõueniũt oẽs quod difficilis sit & tardæ digestionis, et quod sanguinẽ generet melãcholicũ quæ vidẽtur in eo arguere magis dominium terræ. Eligantur de animalibus pinguibus, & humidis, & teneribꝰ. Permaxime splen porci, qa hoc est melius

RENES.

Renes sunt in cõplexione calida & sicca, licet Auicen. dicat quod sint æquales ad siccitatẽ tendentes. Eligantur renes hœdi lactantis. Difficilis sunt digestionis, mali saporis, et parui nutrimenti, et humor ex eis genitus malus Remouetur eorum nocumentum si cum sale & aceto præparentur.

TESTICVLI.

Testiculorũ cõplexio calida & humida vsq; ad secundũ. Eligantur ex gallis pinguibus, & maxime qui nondũ coierunt, nã isti optimi sunt & facilis digestionis, & bonũ dãt nutrimentum. Cæterorum vero difficilis digestionis, & maxime qui sunt de animalibus magnis, nec in eis est bonitas sicut in carne mammillarum.

INTESTNA.

Intesti

INtestina frigida sunt & sicca in secũdo. Eligãtur ex animali pingui, pinguia sunt difficilis digestionis, & grossum dant nutrimentũ, & paucũ, & malum. Relinquenda sunt gulosis, qui cum eis & vino dulci solatiantur.

PEDES.

PEdes tẽperati sunt in caliditate. Eligãtur anteriores, & ex eis meliores sunt agnorum. Sunt difficilis digestionis, non multum tamen generãt humorem viscosum, nõ grossum & laudabilem. Remouetur eorum nocumentum, si decoquantur vsq; ad dissolutionem, & præparentur cum aceto & croco. Nota tamẽ secundum Rasim, anteriora leuiora & calidiora, alijs paribus.

CAVDA.

CAuda calidæ complexionis est, satis conuenientis nutrimenti, propter sui motum continuum fastidium tamen facit, si de ea multum assumatur, & est stomacho nocens. Rasis. Et choleram rubeam generat.

CVTIS.

CVtis frigida est & sicca in secundo. Tamẽ generat sanguinem in quo multa est viscositas, & ideô opilationem facit. Remouetur nocumentum si cum speciebus & aceto & perfecta decoctione coquatur.

ADEPS ET PINGVEDO.

ADeps & pinguedo calida existunt & humida vsq; ad secundũ. Eligantur de animali temperato, laxant stomachum, & nauseam inducunt, & pinguedo faciliter in cholerã conuertitur. Sunt tamen vtilia ad præparationem carnium. si tamen solæ comeduntur, generant flegma & opilationes, & corrumpunt

cibum facientes ipsum leuigare. Auic. Christiani pinguedine siue adipe porci ad vsum in præparã-dis ferculis præ cæteris vtuntur.

IN COENA LAVTA QVÆ requirantur, Ex Aulo Gellio. lib. 15. Cap. 8.

CVm legeremus orationẽ veterẽ Phauori-ni, nõ indiserti viri, quã orationẽ totam vt meminisse possemus, odio esse Hercle isti-usmodi sumptus, atq; victus perdidici-mus. Verba quę adposuimus Phauorini hęc sunt Præfecti popinæ atq; luxuriæ negant cœnã lau-tam esse, nisi cum libentissimè edis, tum auferatur & alia esca melior, atq; amplior succenturietur. Is nunc Flos cœnæ habeatur inter istos, quibus sumptus, & fastidiũ pro facetijs procedit. Qui ne gant vllam auẽ, præter ficedulam, totã comesse oportere. Cęterarũ auium atq; altilium, nisi tan-tũ apponatur, vt à cluniculis inferiori parte satu-ri fiant, conuiuiũ putant inopia sordere. Superio-rem partẽ auium, atq; altilium, qui edunt, eos pa-latum non habere. Si proportione crescit luxuria & debere epulas crescere. Videte quid relinqui-tur, nisi vt delibari sibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur, quando stratus auro, argento, pur-pura amplior aliquot hominibus, quàm dijs im-mortalibus adornantur.

SERMONES IN CONVIVIO quales esse debeant, & ibidem, quan-do & quibus de rebus phi-losophandum.

Ex Macrobij Saturnal. lib. 7. Cap. 1

TVnc Furius, Quia te vnicũ Eustachi, inquit sectatorẽ philosophię nostra ætas tulit, ora tus sis, vt modũ dispensationis, quã das &

conui-

conuiuanti, nobis ipse patefacias. Et Eustachius: primũ hoc eam scio seruaturã, vt secum æstimet præsentium ingenia conuiuarum. Et si plures peritos, vel saltẽ amatores sui in conuiuij societate repererit, sermonẽ de se patietur agitari. Quia velut paucæ literæ mutæ, dispersę inter multas vocales, in societatẽ vocis facilè mansuescunt, ita rariores imperiti gaudentes consortio peritorum, aut consonant si qua possunt, aut rerum talium capiuntur auditu. Si vero plures ab institutione huius disciplinæ alieni sint, prudẽtibus qui pauciores interferũt, sanciet dissimulationẽ sui, & potietur loquacitatem maiori parti amiciorem sociare ne rara nobilitas â plebe tumultuosiore turbetur. Et hæc est vna de virtutibus philosophiæ, quia cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus tacẽdo pro tempore quàm loquendo philosophatur. Si ergo pauci aderunt doctiores, in consensum rudis consortij, salua & inter se quiescente veri notione migrabunt, vt omnis discordiæ suspitio facessat. Nec mirum si doctus faciet, quod fecit quondam Pisistratus Athenarum tyrannus, qui cum filijs suis rectum dando consilium non obtinuisset assensum, atq; ideo esset in simultate cum liberis, vbi hoc emulis caussam fuisse gaudij comperit, ex illa discordia sperantibus in domo regnantis nasci posse nouitatem, vniuersitate ciuium conuocata, ait succensuisse quidem se filijs non acquiescentibus patriæ voluntati, sed hoc sibi postea visum paternę aptius esse pietati, vt in sententiã liberorum ipse concederet. Sciret igitur ciuitas, sobolem regis cum patre esse concordem. Hoc commento spem detraxit insidiantibus regnantis quieti. Ita in omni vitæ genere, præcipueq; in lætitia conuiuali, omne

Pisistrati cõmentũ.

omne quod videtur absonum, in vnã concordiã soni salua innocentia redigendũ est. Sic Agathonis conuiuiũ, quia Socrates, Phædros, Pausanias, & Erisymmachos habuit, sic ea cœna quã Callias doctissimus dedit, Carnealẽ dico, Anthistenẽ, & Hermogenẽ, cæterosq; his similes, verbũ nullum nisi philosophũ sensit. At vero Alcinoi vel Didonis mẽsa, quasi solis apta delitijs, habuit hęc Ioppam, illa Poliphenum cithara canentes. Nec deerant apud Alcinoum viri saltatores, & apud Didonem Bitias, sic hauriens merum, vt se totũ superflua eius effusione proluerет. Nonne si quis aut inter Pheacas, aut apud Pœnos, sermones de sapientia erutos conuiualibus fabulis miscuisset, & gratiã illis cœtibus aptam perderet, & in se risum planè iustè moueret? Ergo prima eius obseruatio erit æstimare cõuiuas. Deinde vbi sibi locũ patere viderit, non de ipsis profunditatis suæ inter pocula secretis loquetur, nec nodosas & anxias, sed vtiles quidẽ facilesq; quęstiones mouebit Nam sicut inter illos, qui exercitij genus habẽt in medijs saltare conuiuijs, si quis vt se amplius exerceat, vel ad cursum, vel ad pugilatũ, sodales lacessiuerit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate cõsortij: sic apud mensam, quando licet, aptis philosophandũ est, vt crateri liquoris ad lætitiam nati, adhibeatur non modo Nympharum, sed Musarũ quoq; admistione temperies. Nã (sicut fateri necesse est) in omni cõuentu aut tacendum est, aut loquendũ. Quęramus, silentiũ ne conuiuijs, an et oportunus sermo cõueniat. Nã si sicut apud Athenas Atticas, Areopagitæ tacentes iudicant, ita inter epulas oportet semper sileri, nõ est vltra quęrendum, inter mensas philosophandũ, nec ne sit. Si vero non erunt muta conuiuia, cur vbi sermo

permit-

permittitur inhonestus, honestus prohibetur? maximè cum non minus q̃ dulcedo vini hilarent verba conuiuiũ. Nã si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius, delinimentum illud quod Helena vino miscuit, non herba fuit, non ex India succus, sed narrandi oportunitas, quę hospitẽ mœroris oblitũ flexit ad gaudiũ. Vlysses enĩ præclara facinora filio præsente narrabat.

Ergo paternam gloriã & singula eius fortia facta dicendo, animum filij fecit alacriorem, & ita credita est contra mœrorẽ vino remediũ miscuisse, Quid hoc, inquit, ad philosophiã? Imo nihil tã cognatum sapientiæ, q̃ locis & temporibus aptare sermones, personarum quæ aderunt æstimatione in mediũ vocata. Alios enim relata incitarũt exempla virtutũ, alios beneficiorũ, nõnullos modestiæ, vt & qui aliter agebant, sæpe auditis talibus ad emendationẽ venirent. Sic aũt vitijs irretitos, si & hoc in conuiuijs exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes, vt Liber pater thyrso ferit per obliquationẽ circumfusæ hæderæ latente mucrone, quia non ita profitebitur in cõuiuio censorem, vt palam vitia castiget. Cæterum his obnoxij repugnabunt, & talis erit cõuiuij tumultus, vt sub huiusmodi inuitati videantur edicto.

Quomodo alij in conuiuijs castigãdi.

Quod super est leti, benè gestis corpore rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Ergo si oportunitas necessariæ repręhensionis emerserit, sic à philosopho proficiscetur, vt et recta & efficax sit. Quid mirum si feriet sapiens (vt dixi) non sentientes, cum interdũ sic repręhẽdat, vt repręhensus hilaretur? Nec tamen fabulis suis, sed interrogantibus quoq; vim philosophię nihil ineptum loquentis ostendet.

SCHOLA
QVIBVS DE REBVS POTISsimum cum alijs colloquendum, &c.
Macrob.lib.7. Capi.2.

ET Auienus, Nouas mihi duas disciplinas videris inducere, interrogãdi vel etiã reprę hẽdendi, vt alacritas vtrinq; ijs, ad quos sermo est, excitetur, cum dolor semper reprę hensionem vel iustam sequatur, Vnde hęc quę leuiter attigisti, fac quęso enarrãdo planiora. Primum inquit Eustachius, hoc teneas volo non de ea me reprę hensione dixisse, quæ speciem accusationis habet, sed quę vituperationis instar est. Hoc Gręci scomma vocant, non minus quidem amarũ quàm accusatio, si importunè proferatur. Sed à sapiente sic proferetur, vt dulcedine quoq; non careat. Et vt prius tibi de interrogando respondeã. Qui vult amœnus esse consultor ea interrogat, quę sunt interrogato facilia responsu, & quæ scit illum sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim, quisquis prouocatur ad doctrinã suam in medium proferẽdã, quia nemo vult latere qđ didicit, maxime si sciencia quã labore quęsiuit, cũ paucis illi familiaris, & pluribus sit incognita, vt de Astronomia, vel Dialectica, cæterisq; similib. Tunc enim videntur consequi fructum laboris, cum adipiscũtur occasionem publicandi quæ didicerant, sine ostentationis nota, qua caret, qui nõ ingerit, sed inuitatur vt proferat. Contrà magnæ amaritudinis est, si coram multis interroges aliquem, q non optima scientia quæsiuit, Cogitur enim aut negare se scire, quod extremũ verecundiæ damnũ putant, aut respondere temerê, & fortuito se euentui veri falsive committere. Vnde sępe nascitur inscitiæ proditio, & omne hoc infortunium pudoris sui, imputat consulenti. Nec non

&

& qui obierunt maria & terras, gaudēt cū de ignoto multis vel terrarū situ, vel sinu maris interrogantur, gloriosissimum putātes, quæ ipsi viderint, aliorum oculis obijcere. Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiunt, & tamen tacent arrogantiæ metu? Nonne si vt hæc referant inuitentur, mercedē sibi laboris existimant persolutam, remunerationem putantes inter volentes narrare quę fecerint? Adeo autem id genus narrationum habet quendā gloriæ saporem, vt si inuidi vel æmuli fortè præsentes sint, tales interrogatione obstrependo discutiāt, & alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari quæ solent narranti laudē creare. Pericula quoq; præterita, vel ærumnas penitus absolutas qui euasit, vt referat, gratissimè prouocatur. Nam qui adhuc in ipsis vel paululū detinetur, horret admonitionem, & formidat relatū. Ideo Euripides expressit, adiecit enim σώθεντα vt ostenderet post finem malorum gratiam relationis incipere. Et poëta noster adijciendo, olim, qui nisi post emensa infortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam sedati laboris. Forsan & hæc meminisse iuuabit. Nec negauerim esse malorum genera, quæ non vult, qui pertulit vel transacta meminisse, nec minus interrogatus offenditur, quàm cum in ipsis malis fuit, vt qui carnifices expertus est, & tormenta membrorum, vt qui infaustas pertulit orbitates, vel cui nota quondam afflicta censoria est. Caue interroges, ne videaris obijcere. Illum sæpe si potes ad narrandum prouoca, qui recitando fauorabiliter exceptus est, vel qui liberè & fœliciter legationem peregit, vel qui ab IMPERATORE comiter, affabiliterque susceptus est, vel si quis tota penè classe

à pira-

à piratis occupata seu ingenio, seu viribus solus euasit, quia vix implet desiderium loquentis, rerũ talium vel longa narratio, Iuuat si quẽ dicere iusseris amici sui repentinam fœlicitatem, quã sponte non audebat vel tacere vel dicere, modo iactantię modo malitię metu. Qui venatibus gaudet, interrogetur de siluæ ambitu, de ambage lustrorũ, de venationis euentu. Religiosus si adest, da illi referendi copiam, quibus obseruationibus meruerit auxilia deorum, quantus illi ceremoniarũ fructus, quia & hoc religionis existimant, numinũ beneficia non tacere. Adde, quia nolunt & amicos se numinibus extimari. Si vero & senex præsens est, habes occasionem qua plurimum illi contulisse videaris, si eum interroges, vel quæ ad illũ omnino non pertinent. Est enim huic ętati loquacitas familiaris. Hęc sciẽs Homerus quãdã cõgeriẽ simul interrogationũ Nestori fecit offerri.

Tot loquendi semina interrogando congessit, vt pruritum senectutis expleret. Et Virgilianus Æneas gratum se ad omnia præbens Euandro, varias illi narrandi occasiones ministrat, Neque enim de vna re aut altera requirit, sed singula lætús Exquiritq; auditq; virûm monumenta priorum. Et Euander cõsultationibus captus scitis q̃ multa narrauerit.

QVÆSTIONES CONVIVALES quatuordecim scitu iucundissimæ & dignissimæ, ex Macrob. lib. Satur. 7. Cap. 12.

Sal quare carnẽ conseruet

TVnc Auienus. Quia me ordo, ait, ad similitudinẽ consultations applicat, reducendus est mihi ad conuiuium sermo, qui longius à mensa iam fuerat euagatus, & ad alias transierat quæstiones. Sæpe apposita salita carne, quã laridum

laridũ vocamus vt opinor, quasi largè aridũ, quęrere mecum ipse constitui, qua ratione carnem ad diuturnitatẽ vsus admistio salis seruet, Hoc licet extimare mecũ possim, malo tamen ab eo q corpora curat, certior fieri. Et Disarius, omne corpus suapte natura dissolubile, & marcidum est. & nisi quodam vinculo contineatur, facile defluit, Cõtinentur autem quamdiu inest anima reciprocatione aëris, qua vegetantur conceptacula spiritus. dum semper nouo spirandi nutriuntur alimento. Hoc cessante per animæ discessum, membra marcescunt, & omne pondere suo conflictum corpus obteritur. Tum sanguis etiam (qui quamdiu fuit cõpos caloris, dabat membris vigorem) calore discedente versus in saniem, non manet intra venas, sed foras exprimitur, atq; ita laxatis spiramentis, effluit tabes feculenta. Id fieri sal admistus corpori prohibet. Est enim natura siccus & calidus, & fluxum quidem corporis calori contrahit, humorem vero siccitate coercet, vel exorbet. Certè humorem sale differri siue consumi, fit hinc cognitum facile, quòd si duos panes pari magnitudine feceris, vnum sale aspersum, sine sale alterum, inuenies indigentem salis, pondere propensiorem scilicet humore in eo per salis penuriam permanente. Etiam hoc à Disario meo quæsitum volo, cur defecatum vinum validius sit viribus, sed infirmius ad permanendum, & tam bibentem cito permouet, quàm ipsum si mãserit, facilè mutatur? Quôd cito, inquit Disarius, permouet, hæc ratio est, quia quanto penetrabilius in venas efficitur bibentis tanto fit liquidius, fece purgata. Ideo aũt facile mutatur, ꝙ nullo firmamẽto nixũ vndiq; sui ad noxã patet. Fex enĩ vino sustinendo, & alendo, & viribus sufficiẽdis

Non salita grauiora sunt.

Defecatũ vinũ cur validius, sed nõ durabilius.

III Fex quare subsidat in oibus nisi in melle.

quasi radix eius est. Et hoc quæro, Auienus ait, cũ fex in imo subsidit omnium nisi mellis, mel solũ est quod in summum fecem expuat? Ad hæc Disarius, fecis materia vt spissa & terrena, cæteris laticibus pondere præstat, melle vincitur. Ideo in illis grauitate deuergens, ad fundum decidit. In melle vero, vt leuior, de loco victa, sursum pellitur. Quoniam ex eis quę dicta sunt, ingerunt se similes quęstiones, cur, Disari, ita mel & vinũ diuersis ætatibus habentur optima? mel quod recentissimum, vinum quod vetustissimum? Vnde est & illud prouerbium quo vtuntur gulones,

Cur vinũ vetustissimum optimũ habeatur, cõtrà autem fit in melle.

Mulsum quod probè temperes, miscendum esse nouo hymetio, & falero vetulo, Propterea, inquit ille, quia inter se ingenio diuerso sunt. Vini enim natura humida est, mellis arida. Si dicto meo addubitaueris, medicinæ contemplator effectũ. Nam quę vdanda sunt corporis, vino fouentur, quæ siccanda sunt, melle deterguntur. Igitur longinquitate temporis de vtroq; aliquid exorbente, vinum meratius fit, vel aridius, & ita mel succo priuatur vt vinũ aqua liberatur. Nec hoc qđ sequitur, dissimile quæsitis est, Cur si vasa vini atq; olei diutile semiplena custodias, vinum ferè in acorem corrumpitur, oleo cõtra sapor suauior conciliatur. Vtrunq; Disarius ait, verũ est. In illud enim vacuum, quod supernè liquido caret, aër aduena incidit, qui tenuissimum quenq; humorem elicit & exorbet. Eo siccato vinum, quasi spoliatum viribus prout ingenio imbecillum, aut validum fuit, vel acore exasperatur, vel austeritate restringitur. Oleum autem superuacuo humore siccato, velut mucore q in eo latuit abster so, acquirit nouam suauitatem saporis. Rursus, ait

ait Auienus, Hesiodus cum ad medium dolij peruentum est, comparcendum, & cæteris eius partibus ad societatem dicit abutendum, optimum vinum sine dubio significans quod in dolij medietate consisteret. Sed & hoc vsu probatum est, in oleo optimum esse quod supernatat, in melle quod in imo est. Quæro igitur, cur oleum quod in summo est, Vinum quod in medio, mel quod in fundo, optima esse credantur? Nec cunctatus Disarius ait, Mel quod optimum est, reliquo ponderiosius est. In vase igitur mellis, pars quæ in imo est, vtique præstat pondere, & ideo supernatante preciosior est, Contrà in vase, vini pars inferior admistione fecis nō modo turbulenta, sed etiam sapore deterior est. Pars vero summa, aëris vicinia corrumpitur, cuius admistione fit dilutior Vnde agricolæ dolia non contenti sub tectum reposuisse, defodiunt, & operimentis extrinsecus illitis, muniunt, remouentes in quantum fieri potest à vino aëris contagionem, à quo tam manifestè lęditur, vt vix se tueatur in vase pleno, & ideo aëri minus peruio. Cęterum si inde hauseris, & locum aëris admistioni patefeceris, reliquum quod remansit, omne corrumpitur. Media igitur pars quantum à confinio summi vtriusque, tantum à noxa remota est, & quasi nec turbulenta, nec diluta.

Oleum in summo cur optimum. mel in imo pessimum. Mel optimum.

VII Adiecit Auienus, cur eadem potio meratior videtur ieiuno, quàm ei qui cibum sumpsit? Et ille, Venas inedia vacuefacit, saturitas obstruit. Legitur cum potio per inanitatem penitus influit, quia non obtusas cibo venas inuenit, neque fit admistione dilutior, per vacuum means gustatu fortiore sentitur. Hoc quoque sciendum est mihi, VIII

Auienus inquit, cur qui esuriens biberit aliquan-
tulum famem subleuat, qui vero sitiens cibum
sumpserit, non solum non domat sitim, sed ma-
gis cupidinem potus accendit. Nota est, inquit
Disarius, caussa, Nam liquor quidē nihil officit,
quin sumptus ad omnes corporis partes, quo-
quo versus permanet, & compleat. Et ideo me-
dia quæ inanitatē fecerat accepto potus remedio
quasi iam non in totum vacua recreatur. Ciba-
tus vero vtpote concretior & grandior, in venas
nō nisi paulatim confectus admittitur. Ideo sitim
quam reperit, nullo solatio subleuat, imo quicqd
foris humoris nactus est, exorbet, & inde penu-
IX ria eius quæ sitis vocatur augetur. Nec hoc mihi,
Auienus ait ignoratum relinquo, cur maior vo-
luptas est, cum sitis potu extinguitur, quàm cum
fames sedatur cibo. Et Disarius, Ex prædictis
quoqꝫ liquet. Nam potionis totus haustus in om
ne corpus simul penetrat & omniū partium sen-
sus facit vnam maximam & sensibilem volupta-
tem. Cibus autem exiguo subministratu paula-
tim penuriam cōsolatur. Ideo voluptas eius mul
X tifariam cōminuitur. Hoc quoqꝫ (si videtur) ad-
do quæsitis, cur qui auidius vorant, facilius satias
capiūt, quàm qui eadem quietius ederint. Breuis
est, inquit ille responsio. Nam vbi auide deuora-
tur, tunc multus aër cum eduliȷs infertur propter
hiatum rictus, & crebritatem respirandi. Igitur
vbi aer venas compleuit, ad abȷciendum fastidi-
XI um pro cibo pensatur. Ni molestus sum, Disari,
patere plus nimio ex discendi cupidine garrientē,
& dicas quæso cur edulia satis calida facilius cō-
primimus ore, quàm manu sustinemus, & si
quid eorum plus feruet, quàm vt diutius mandi
possit, ilico deuoramus, & tamen aluus non per-

nitiose vritur? Et ille, Intestinus calor qui in aluo est, quasi multo maior vehementiorque, quicquid calidum accipit, magnitudine sua circumuenit ac debilitat. Ideo præstat si quid ori feruidum admoueris, non (vt quidam faciunt) hiare, ne nouo spiritu feruori vires ministres, sed paulisper labra comprimere, vt maior calor qui de ventre etiam ori opitulatur, comprimat minorem calorem. Manus autem vt rem feruidam ferre possit, nullo proprio iuuatur calore. Iamdudum inquit Auienus nosce aueo, Cur aqua quæ obsita globis niuium perducitur ad niualem rigorem, non minus in potu noxia est, quàm ex ipsa niue aqua resoluta Scimus enim quot quantæque noxæ epoto niuis humore nascantur. Et Disarius. Addo aliquid ante quęsitis, Aqua enim ex niue resoluta, etiam si igne calefiat, & calida bibatur, æque noxia est, ac si epota sit frigida. Ergo nō solo rigore niualis aqua perniciosa est, sed ob aliam caussam, quam non pigebit aperire autore Aristote. qui in physicis quæstionibus suis, hanc posuit & in hunc sensum (nisi fallor) absoluit. Omnis aqua (inquit) habet in se aeris tenuissimi portionē, quo salutaris est, habet & terream fecem, qua est corpulenta post terram. Cum ergo aeris frigore & gelu coacta calescit, necesse est per euaporationem velut exprimi, ex ea auram illam tenuissimam, qua descendente conueniat in coagulum, sola terrea in se remanente natura. Quod hinc apparet, quia cum fuerit eadem aqua solis calore soluta, minor modus eius reperitur quàm fuit antequam congelasceret. Deest, quôd euaporatio solum in aqua salubri consumpsit. Nix ergo quæ nihil aliud est quàm aqua in aere densata, tenuitatem sui, cum densaretur amisit, & ideo ex eius

Si cibus calidior sumptus fuerit qui adurat

XII

Aqua niuis

resolutæ potu, diuersa morborum genera visceribus inseminantur. Nominatum gelu, veteris
XIII quæ me solebat agitare, admonuit quæstionis, cur vina aut nunquam, aut rarenter congelascant, cæteris ex magna parte humoris nimietate frigoris, cogi solitis? Num quia vinum semina quædã in se caloris habet, & ob eam rem Homerus dixit αἴθοπα οἶνον, non vt quidam putant propter colorem, an alia quæpiam caussa est? quam quia ignoro, scire cupio. Ad hæc Disarius. Esto, vina naturali muniantur calore, num oleum minus ignitum est, aut minorem vim in corporibus calefactãdis habet? & tamen gelu stringitur. Certè si putas ea quæ calidiora sunt difficilius congelascere, congruens erat nec oleum concrescere, & ea quæ frigidiora sunt, facilè gelu cogi, acetum autem omnium maximè frigorificum est, atq; id tamen nunq̃ gelu stringitur. Num igitur oleo magis caussa est coaguli celerioris, quod & leuigatius, & spissius est? Faciliora enim ad coëundum videntur, quæ leuatiora densatioraq; sunt. Vino autem non contingit tanta mollities, & est quàm oleum multo liquidius. Acetum vero & liquidissimum est inter cæteros humores, & tanto acerbius, vt sit acore tristificum, & exemplo marinæ aquæ, quæ ipsa quoq; amaritudine sui aspera est nunquàm gelu contrahitur. Nam quod Herodotus historiarum scriptor contra omnium fermê qui hæc quæsierunt, opinionem scripsit, mare Bosphoricum, quod & Cimmerium appellat, earũq; partium mare omne quod Scythicum dicitur, gelu constringi, & consistere, aliter est ac putatur. Nam non marina aqua contrahitur sed quia plurimum in illis regionibus fluuiorum est, & paludum in ipsa maria influentium, superficies

maris, cui dulces aquæ innatant, congelascit, & incolumi aqua marina videtur in mari gelu, sed de aduenis vndis coactum. Hoc in Ponto fieri videmus, in quo frusta quædam & (vt ita dixerim) prosiciæ gelidæ feruntur, contractæ de fluuialium vel palustrium vndarum multitudine, in quos licet frigore concretæ, tamen sunt natantes, quasi leuatiores marina.

Plurimum autem aquarum talium influere ponto, & totam superficiem eius infectam esse dulci liquore, propter quod ait SALVSTIVS, mare ponticum dulcius quàm cætera, est hoc quoque testimonio, quòd si in pontum vel paleas, vel ligna, seu quæcunque alia natantia proieceris, foras extra pontum feruntur in propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiæ orã cum constet in pontum influere maris aquam, non effluere de ponto. Meatus enim qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamq; interiacet, & sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense & Gallicum littora, in Tyrrhenum prodit. Inde Hadriaticum mare facit: Ex quo dextra in Parthenium, lęua in Ionium, & directum in Aegęum pergit, atque ita ingreditur in Pontum. Quæ igitur ratio facit, vt riuatim aquæ de Ponto fluant, cum foris influentes aquas Pontus accipiat? Sed constat vtraque ratio. Nam superficies ponti, propter nimias aquas quæ de terra dulces influunt foras effluit, deorsum vero intrò pergit influxio. Vnde probatum est, natantia quæ (vt supra dixi) iaciuntur in pontum, foras pelli. Si vero columna deciderit, introrsum innare. Et hoc sæpe vsu probatum est, vt grauiora quæq; in fundo propontidis

 ad ponti

ad ponti interiora pellantur.

XIIII Adiecta hæc vna consultatione reticebo, Cur omne dulce magis dulce videtur cum frigidum est, quâm si caleat? Respondit Disarius. Calor sensum occupat, & gustatum linguæ feruor interpedit. Ideo ex aspiratione oris prouenta suauitas excluditur. Quod si caloris absit iniuria, tunc demum potest lingua incolumi blandimento, dulcedinem pro merito eius excipere, præterea succus dulcis per calorem non impune penetrat venarum receptacula, & ideo noxa minuit voluptatem. Successit Horus, & cum multa, inquit, de potu & cibatu quæsisset Auienus, vnum maxime necessarium (sponte an oblitus, ignoro) prætermisit, cur ieiuni magis sitiant, quam esuriant. Hoc in commune nobis, Disari, si videtur, absolue. Et ille, Rem tractatu dignam, inquit, Hore, quæsisti, sed cuius ratio in aperto sit. Cum enim animal ex diuersis constet elementis. Vnum est de ijs quę corpus efficiunt, quod & solum, aut maxime vltra cætera, aptum sibi quærat alimentum; calorem dico, qui liquorem sibi semper exigit ministrari. Certè de ipsis quatuor elementis extrinsecus videmus nec aquam, nec aërem, neque terram aliquod quo alatur, aut quod consumat exigere. nullamque noxam vicinis vel appositis sibi rebus inferre. Solus ignis alimenti perpetui desiderio, quicquid offendit, absumit. Inspice & primæ ætatis infantiā, quantum cibum nimio calore conficiat, & contrà senes cogita facilè tollerare ieiunium, quasi extincto in ipsis calore qui nutrimentis recreari solet. Sed & media ætas si multo exercitio excitauerit sibi naturalem calorem animosius cibum

Hęc est ex principio sequentis cap. xiij.

XV

cibum appetit. Consideremus & animalia sanguine carentia, quæ nullum cibum quærant penuria caloris. Ergo si calor in appetentia semper est, liquor autem proprium caloris alimentum est, bene in nobis, cum ex ieiunio corpori nutrimenta quæruntur, præcipue calor suum postulat, quo accepto corpus omne recreatur, & patientius expectat cibum solidiorem.

QVÆ VETERES IN MENsa veluti inauspicata abominabantur, Ex Plinij lib. xxviij. CAPVT II.

INcendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum. Aut bibente conuiua mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Seruij Sulpitij principis viri commentatio est, quamobrem mensa liquenda non sit. Nondū enim plures quàm quinque conuiuæ numerabantur. Nam sternutamento reuocari ferculum mensamue, si non postea gustetur aliquid, inter dira habetur. Omnino autem esse hæc instituere illi, qui omnibus negotijs horisq; interesse credebant deos. Et ideo placatos etiam vitijs nostris reliquerunt. Quin & repente conticescere conuiuium adnotatum est, non nisi in pari præsentium numero, qua in re famæ labor est, ad quemcunq; eorum pertinens. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur. Atque per mensas vetabantur mundiciarum caussa deflare. Et sunt condita auguria quid loquenti cogitantiue id acciderit inter execratissima. Si pontifici accidat ditis caussa epulanti, in mensa vtriq; id reponi adolerīq; ad larem, piatio est. Medicamen-

ta priusquam adhibeantur, in mensa forte deposita, negantur prodesse. Additio. Scribit hic Plinius cibum lapsum reddi solitum. Sed Pythagoras in totum prohibuit, ne tolleretur. Porro Aristophanes Heroum ait esse quæ cadunt, dicens in Heroicis, Ne gustato quidem ea quæ intra mensam deciderint, vt refert Laertius.

COENA PONTIFICALIS EA quæ in Prouerbium abijt, qualis fuerit ex Macrob. lib. iij. Satur.

CAPVT XIII.

Accipite inter grauissimas personas non defuisse luxuriam. Refero enim Pontificis vetustissimā cœnam, quæ scripta est in indice. IIII. Metelli illius pontificis maximi, in hæc verba. Ante diem. IX. Cal. Septēbris, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit. Triclinia lectis eburneis strata fuerunt, duobus triclinijs Pontifices cubuerūt Q. Catulus, M. Æmilius Lepidus, D. Sillanus, C. Cæsar rex sacrorum, P. Scæuola Sextus, Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinouanus & L. Iulius Cæsar augur, qui eum inaugurauit. In tertio triclinio Popilia, Perpenia, Licinia, Aruncia, virgines Vestales, & ipsius vxor Publicia flaminica & Sempronia socrus eius. Cœna hæc fuit. Ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellēt, peloridas, sphondilos, turdum, asparago, subtus gallinam altilem, patinam ostrearū peloridum, balanos nigros, balanos albos. Iterum sphondilos, lycomaridas, vrticas, ficedulas, glumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina inuoluta, ficedulas, murices & purpuras. In cœna, sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam sumi-

minis,

minis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amylum, panes picentes. Vbi iam luxuria tunc accusaretur, quando tot rebus farta fuit cœna Pontificum? Ipsa vero edulium genera quam dicta turpia? Nam Cintius in suasione legis Fanniæ, obiicit seculo suo, quod porcum Troianum mensis inferãt. Quem illi ideo sic vocabãt, quasi alijs inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit.

Porcus Troianus.

CONVIVIVM POETICVM

Hilarius, Leonardus, Crato, Cõuiuæ, Margareta, Carinus, Eubulus, Sbrulius, Parthenius Mus seruus Hilarij. HILA.

LEuis apparatus, animus est lautissim9. LE. Cœnã sinistro es auspicatus omine. HIL. Imo absit omen triste. Sed cur hoc putas? LE. Cruenti iambi haud congruunt conuiuio. CRATO. Euge, certũ est adesse Musas, effluũt carmina imprudentibus. HIL.

Si rotatiles trochæos mauelis, en accipe.

Vilus apparatus hic est, animus est lautissimus.

Quanquã et iambi olim ad rixas, ac pugnas nati, post didicerũt omni seruire materiæ. O pepones, habetis pepones in horto nostro natos. En lactucas sessiles, succo tenerrimo, suo nomini respõdẽtes. Has delicias quis sanus nõ prçferat apris, murenis, & attagenis? CRA. Si licet in cõuiuio poetico vera loqui, quas tu lactucas vocas betç sunt

Lactucas sessiles, qđ non erigant sese, sed humi spargant sese.

HIL.

HIL. Hoc omen auertant superi. CRA. Sic res habet, vide figurã. Tum vbi succus lacteus, vbi molles aculei? HI. Facis, vt addubitem. Heus accerse huc famulam. Margareta, Tisiphone, quid tibi venit in mentem, vt pro lactucis nobis apponeres betas? MAR. Data opera feci. HI. Quid ais venefica? MAR. Volebam experiri, an inter tot poetas esset, qui lactucam dignosceret à beta, nam scio te non posse dignoscere. Dicite mihi bona fide, quis animaduertit esse betas? CONVI. Crato. MAR. Facile diuinabam non fuisse poetam. HILA. Si quid tale posthac designaris, ego te pro Margareta vocabo Bliteam. CON. Ha ha he. MAR. Istæ nomenclaturæ nec obesiorem me reddunt, nec macilentiorem, sæpe vicies in die mihi commutat nomen. Vbi quid cupit eblandiri, vocat me Galateam, Euterpen, Calliopen, Callirhoen, Melissam, Venerem, Mineruã. Quid non? Vbi quid stomachatur, repente fio Tisiphone, Megera, Alecto, Medusa, Baucis, aut aliud, quicquid illi suggesserit splẽdida bilis. HI. Abi hinc cũ tuis betis, Blitea. MAR. Quorsum attinebat huc euocare? HI. Vt redires, vnde veneras. MAR. Vetus dictum est: Procliuius est euocare cacadæmonem, quàm abigere. CON. Ha ha he, apposite. Vt tibi res habet Hilari, opus est aliquo carmine magico, quo illam hinc abigas. HIL. Habeo in promptu. φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὔμμε διώκει. MA. Quid ais Æsope? CR. Caue tibi Hilari, impinget colaphum, sic abegisti tuo Græco carmine. O magũ egregium. HI. Quid tu credis Crato esse hanc? Ego tali carmine abegissem decem magnos cacodæmones. MAR. Pili non facio tuos versus Græcanicos.

Bliteã, al-ludit ad gẽmã laudatissimã, & græci betam appellant. βλίτον. Vnde bliteos appellamus stultos ac nihili, eo quod beta vilis & insipida herba est.

Galateam a colore lacteo. Euterpen a delectando, musæ nomẽ est. Calliopen a pulchritudine vocis. Callirhoen nympha, quod pulchre fluat. Melissa, apis opinor fuisse ancillam Chrysippi. Baucis, anus & paupercula, apud Ouidium.

Splẽdida bilis. Allusit

canícos. HI. Adhibendus est igitur, vt video, bōbus magicus, aut si nec hic sufficiet, Mercurij caduceum. CA. Mea Margareta, scis poetarum genus esse afflatum, nō ausim dicere furiosum. Rogo te, vt istam rixam in aliud tempus proroges, nosq́ hac cœna, vel mea caussa suauiter tractes. MAR. Quid mihi cum istius versiculis? Sæpenumero cum est eundum ad macellum, non habet qđ numeret, & interim cātillat versiculos. CRA. Sic sunt poetę. Sed age fac sodes, q̊d dico. MAR. Equidem faciam in tuam gratiā, quoniā noui te probū, qui nunquam contriueris cerebrū tuum in eiusmodi deliramentis, ac demiror, quo fato in hunc incideris chorū. CR. Vnde id cōiectas? HIL. Quia nasus obesior, & oculi nitētes, & corpus succulētū. Nunc mihi huius nasum cōtemplare, & risum Sardonium. CR. Sed obsecro meum suauium, vt istam iram mihi cōdones. MA. Abeo, nec postulo vt quisquam cæterorū hoc nomine mihi gratias agat. HI. Abijt ne iam? MARGA. Non tam procul quin audiat te. Mvς. Iam est in culina, secū nescio quid murmurans. CR. Famulam habes minime mutam. HI. Aiunt bonam famulam oportere tribus dotibus esse pręditam, vt sit fidelis, vt sit deformis, vt sit ferox, quam vulgo malam vocant. Fidelis nō diminuit rem, deformem non ambiunt proci, ferox facile tuetur ius hęri sui. Nā aliquoties opus est non solum lingua, verum etiā manibus. Hæc mea è tribus duas habet virtutes, deformis iuxta ac mala, de fide dubito. CR. Linguam audiuim9, sed ego metuebam tibi à manibus. HI. Admouete manus peponibus, de lactucis actum est. Etenim si nunc iuberem apponi lactucas, sat scio carduos apponeret. Sunt & melones, si quis hoc genere

ad illud Horat. siue aliud nomen, iussit quod splendida bilis. i. insania.

φεύγετε &c. Hoc carmen Pli. indicat vsurpari solere in magicis remediis. i. fugite. Cāthārides, lupus crudelis vos persequitur. Cātharis insecti genus, venenū habens letale.

Mercurii caduceum. Hac virga dat & adimit somnos hac animas euocat orco & rursum quas velit in Tartara mittit. Lege Vergiliū in. iiii. Aenei.

nere magis capitur. En fici recentes: modo decerptos à matre, testatur lac in pedunculo. A ficis solet aqua sumi, ne quid oblimēt stomachum. En habetis è limpidissimo fonticulo viuā ac frigidissimam, vtilem & vino diluendo. CRA. At ego nescio, vtrum vtro diluam, vinum aqua, an aquā vino, adeo mihi vinum hoc videtur haustum ex eodem fonticulo Musarum. HIL. Tale vinum conducit acuendis ingenijs poetarum, vos crassi crassis delectamini. CR. Vtinam Crassus essem ille beatus. HI. Ego malim esse Codrus, aut Ennius. Quandoquidem mihi contigit habere conuiuas tam multos, tamq; insigniter eruditos, non committam vt nihilo doctior eos dimittam. Est locus in prologo Eunuchi, qui multos torquet. Nam pleriq; codices sic habent: Sic existimet, sciat, responsum, non dictum esse, quia læsit prior Qui bñ vertēdo, & eas describēdo male, &c. In his verbis desidero sensum argutum ac Terentio dignum. Nec enim ideo læsit prior, quia male vertit Græcas fabulas, sed quia Terentianas carpserat. EV. Iuxta vulgo iactatum prouerbium, qui pessime canit, primus incipiet. Cum essem Londini apud Thomam Linacrum, virum sic in omni genere philosophiæ doctissimum, vt nihilo secius has grammaticorum minutias ad vnguem calleat, ostendit mihi codicem mira vetustate, in quo sic habebatur scriptum: Sic existimet, sciat

Responsum non dictum esse, quale sit, prius
Qui bene vertendo, & eas describendo male,
Ex Gręcis bonis, Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri phasma nunc nuper dedit.

Sic autem ordinandus est sermo, vt quale sit, indicet subijciendum exemplum prioris dicti. Minitabatur se vicissim reprehensurum aliquid in fa-

in fabulis eius, à quo fuerat reprehensus. Atque hic negat videri debere conuicium, sed responsum. Qui lacessit, iacit dictum: qui regerit lacessitus, respondet. Huius rei promittit exemplum. Quale sit, quod Græcis dicitur, οἷον: Latinis, quod genus, aut veluti, siue videlicet, aut puta. Deinde subijcit reprehensionem, in qua, prius, aduerbiũ respondet ad alterum aduerbium, veluti diuersum, quod sequitur, nuper, quemadmodum pronomen, qui, respondet ad dictionem, idem. Veteres enim Lauinij fabulas in totum damnãt, quoniam iam exciderant ex hominum memoria. In his quas nuper dedisset, certa notat loca. Mihi videtur hæc germana lectio, verusque Comici sensus, nisi quid dissentit senatus populusque poeticus CONVI. Imo pedibus omnes in tuam discedimus sententiam. EVB. At ego vicissim à vobis quiddam leue ac facillimum discere cupiam, quo pacto metiendus sit hic versiculus: Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Micate digitis. HILA. Opinor more veterum elidi, s. vt secundo loco sit anapęstus. EV. Accederem, nisi casus auferendi desineret in is, natura longam. Itaque submota consonante, nihilo minus manet lõga vocalis. HIL. Vera prædicas. CRA. Si quis illiteratus & ignotus ingrederetur, plane crederet nos inter nos micatione digitorum rusticorum ludum renouare. LEO. Nos quantũ video, frustra micamus digitis. Tu si potes, expedi. EV. Videte quantula res nonnunquam torquet homines, etiam eruditos: præpositio, ex, pertinet ad finem carminis præcedentis:

Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex
Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Ita nihil est scrupuli. LEON. Sic est per Musas.

CA.

CA. Quandoquidem cœpimus micare digitis, velim vt aliquis mihi versum hunc ex Andria, digerat in suos pedes: Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Nam mihi sæpe tentāti non successit. LEO. Sine in, iambus est: uidia, anapęstus: laudem in, spondęus: uenias, anapęstus: & ami, rursus anapęstus. CA. Habes iā pedes quinque, & supersunt tres syllabæ, quarum prima est longa, vt nec iābū facere possis, aut tribrachyn. LEO. Profecto vera prędicas. Hęremus in vado quis nos expediet? EV. Nemo melius q̄ qui induxit in hoc vadum. Age Carine, ne cela, si quid habes, inter candidos amiculos. CAR. Nisi me fallit memoria, videor mihi quiddam tale legisse apud Priscianum, qui docet apud Latinos Comicos, u. consonantem perinde elidi vt vocalē, quēadmodum frequenter in hac dictione, enimuero sic vt pars enie, faciat anapęstū. LEO. Itaq; metire nobis. CAR. Faciam: Sine inidi, proceleumaticus est, nisi mauis elidi i, per synæresim: vt quū Vergilius aureo ponit in fine carminis heroici, p auro. Quod si placet, erat primo loco tribrachys: a lau, spondęus est: dinueni, dactylus: as & a, dactylus: micos, spondęus: pares, iambus. SB. Carinꝰ nos explicuit ex hoc sane vado. Sed est in eadem scena locus, quem haud scio, an quisquā animaduerterit. HIL. Obsecro profer. SE. Illic hūc in modum loquitur Simo: Sine vt eueniat, quod volo. In Pamphilo vt nihil sit moræ, restat Chremes. HIL. Quid hic te offendit? SBRVLIVS. Quum sine sit minitantis, nihil hic sequitur, quod faciat ad minas. Proinde suspicor à poeta scriptū fuisse: Sin eueniat, quod volo, vt sin respondeat ad si, quod pręcessit:

Si propter amorem, vxorem nolit ducere.

Propo-

Proponit enim senex duas partes inter se diuersas. Si Pamphilus ob amorem Glycerij recusat nuptias, erit, quod cum illo expostulem: Sin ille nō recusarit, tum mihi restat exorandus Chremes. Porro hyperbaton longius fecit interpellatio Sosiæ, & stomachus Simonis in Dauum. HI. Mus porrige mihi codicem. CR. Committis tu Muri codicem? HI. Tutius quàm vinum. Disperea͂ nisi verum dixit Sbrulius. PAR. Trade mihi codicem, vt ostendam alium scrupulum. In prologo Eunuchi, versus hic non constat: Habeo alia multa, quæ nunc condonabūtur. Quanquā enim Comici Latini præcipue sumunt sibi multam libertatem in hoc genere carminis, tamen nusquā memini illos senarium claudere spondęo, nisi forte legendum est condonabitur, ἀπροσώπως, aut condonabimus, mutato numero personæ. MAR. O mores vere poeticos. In ipso limine conuiuij micant digitis, & librum adhibent. Lusus & literas præstat seruare in mensas secundas. CR. Non omnino pessimum consilium dat Margareta, obtemperabitur. Placato stomacho reuocabimus lusum, interim digitis micabimus in disco. HI. Videte luxum poeticū. Habetis triplex ouorum genus, elixa, assa, frixa, omnia recentissima sunt, intra biduum nata. PAR. Ego butyri esum nō fero, si frixa sunt oleo, perplacebūt. HI. Abi puer, disce ex Margareta, in vtro frixa sint. MVS. In neutro, inquit. HI. Nec in butyro, nec in oleo? In quo igitur? MVS. In lixiuio, vt ait. CRA. Qualis percontatio, talis responsio. Quid negocij est dignoscere butyrum ab oleo? CAR. Præsertim his, qui tam facile discernunt lactucā a beta. HILAR. Habetis ouationem, sequetur aliquando triumphus, heus puer, circumfer

Micāt digitis, rusticorū lusus est, vulgaris etiam Italiæ. Vide prouerbiū. Dignus qui cum in tenebris mices. Metiebātur versus sublatis ac repressis digitis, id mulier putat esse micare digitis.

oculos. Nihil ne vides hic deesse? MVS. Permulta. HIL. Hæc oua desiderant condimentum, quo temperetur calor. MVS. Quod vis? HIL. Dic vt ex contusis vitis clauiculis mittat nobis succum. MVS. Dicā. HI. Quid huc redis inanis. MVS. Negat è clauis succum exprimi solere. HI. O famulam. SB. Certe fabulis condiemus oua nostra In Epodis Horatianis, offendi locū quēdā, nō deprauatum, quod ad scripturam attinet, sed deprauate interpretatum, nec à Mancinello solum, cæterisq; recentioribus, verum etiam ab ipso Porphyrione. Locus est in carmine, quo canit palinodiam Canidiæ veneficæ.

Vitis clauiculis. Natura addidit vitium palmitibus laqueos quosdam quibus repetit, & alligat sese, has Plinius vocat clauiculas lib. xxiij in prologo.

E clauis, peruerse respōdet, quasi paruos clauos iusserit contundi.

Tuusq; venter Pactumeius, & tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
Vtcunq; fortis exilis puerpera.

Existimant enim omnes hic, exilis nomē esse, cum sit verbum. Adscribā verba Porphyrionis, si tamen illius esse credendum est: Exilem autem inquit, sub illa specie, quasi puerperio facta sit deformis, per exilitatem corporis maciem naturalē dicit. Pudendus lapsus, si vir tantus nō sensit metri legem reclamare huic sensui. Neq; enim quartus locus admittit spondęum. Verum poeta iocatur illam vere peperisse, quanquam non diu languisset ac decubasset à partu: sed statim exilisset è lecto, quemadmodum solent quædam fortes puerperæ. HI. Habemus tibi gratiam Sbruli, qui tā laute condieris oua nostra. LEO. Isti non dissimile est, quod legitur in primo Odarum libro. Odę initium est: Tu ne quæsieris. Sic autem habet cōstans lectio: Neu Babylonios tentaris numeros, vt melius quicquid erit pati. Hunc locum ita trāsiliunt veteres interpretes, quasi nihil habeat scrupuli. Solus Mancinellus sentiens orationem imperfectam

perfectam, iubet addi possis. SB. Habes aliquid hac de re compertius? LE. Nescio, sed mihi videtur Horatius Græci sermonis idioma reddidisse, quod nullus poetarum facit libentius, aut frequẽtius. Nam Gręcis est familiare aparẽphaton adiũgere huic dictioni ὡς & ὥστε. Sic Horatius, vt pati, pro, vt patiaris. Quãquam quod diuinat Mancinellus, non est prorsus absurdum. HI. Mihi vehementer arridet, quod dicis. Curre Mus, & adfer, si quid est reliquum. CR. Quid istuc est nouarum deliciarum? HI. Hic est cucumis sectꝰ in laminulas. Hoc est ius ex coctis intestinis cucurbitæ. Conducit lubricandis intestinis. SBR. O cœnam vere medicam. HIL. Boni consulite. Mox aderit gallina ex corte nostra. SB. Commutabimus tibi nomen, & pro Hilario vocabimus Apitium. HI. Age nunc ridete, quantum voletis, cras fortasse serio laudabis hanc cœnam. SB. Qui sic? HI. Cum senseris tibi probe conditum esse prandium. SB. Fame? HI. Scilicet. CRA. Scis Hilari, quid prouinciæ te vellem suscipere? HI. Sciam, si dixeris. CRA. Chorus canit hymnos quosdam non indoctos, sed per indoctos multis locis deprauatos. Eos cuperem tua opera nobis restitui: vt autem exemplum proferam, ita canimus: Hostis Herodes impie, Christũ venire quid times? Ordo dictionis vnius inuersus geminum vitium inuexit carmini. Nam hostis cũ trochæũ efficiat, nullum habet locũ in carmine iãbico: & Hero, spõdęus, non recipitur in sede secũda. Nec dubiũ est, quin versus ita primũ scriptus sit: Herodes hostis impie. Iã epithetũ impie, mollius cohęret cũ hostis, ꝙ cum Herodes. Porro quoniam Herodes dictio gręca est, η vertitur in ε casu

ἀπαρέμφατον Id est, infinitum vt pati.

Fame? Allusit ad dictum Socratis, qui dixit famem esse condimentũ omnium & iucũdissimũ minimo parabile.

vocandi, vt Σωκράτης, ὦ Σώκρατες, quẽadmodum & in ἀγάμεμνον ω mega recti casus vertitur in o micron. Rursum ita canimus hymnum: Iesu corona virginum, Quem mater illa cõcepit: Quæ sola virgo parturit. Dubium nõ, quin concipit sit pronunciandum. Nam temporis hypallage gratiam etiam addit sermoni. Ridiculum autem est nos offendi in concipit, quum sequatur parturit. HIL. Istius generis & ipse permulta offendi, nec pigebit olim huic rei aliquot dierꝫ opellam dare. Nam mihi videtur Ambrosius in hoc carmine non parum habere gratiæ. Adeo fere finit dimetrum dictione trisyllaba, & cæsuram fere collocat in fine dictionis. Id crebrius apud eum fit, quàm vt casus videri possit. Si quęritis exemplum: Deus creator, hic est penthemimeris, accinitur omnium: poliq; rector, accinitur vestiens: diem decoro, accinitur lumine: noctem soporis, accinitur gratia. Sed adest gallina satis obesa, quæ mihi totis decem annis peperit oua, & exclusit pullos. CR. Indigna erat, quæ necaretur. CA. Si licet aliquid admiscere de studijs seuerioribus, habeo quod proponam. HIL. Modo ne nimium sit tetricum. CA. Non est. Cœpi nuper legere Senecæ epistolas, & in ipso statim portu, quod aiũt, impegi: locus est in prima epistola. Et si volueris inquit, attendere, magna vitæ pars elabitur male agentibus: maxima nihil agentibus: tota aliud agentibus. In hac sententia affectat nescio quid argutiæ, quod ego non satis assequor. LE. Diuinabo, si voles. CA. Maxime. LE. Nemo perpetuo peccat. Et tamẽ luxu, libidine, ambitione, cæterisque vitijs, magna vitæ pars perit. Sed multo maior vitæ portio perit nihil agentibus. Porro ni-

hil agere

hil agere dicuntur, non qui viuunt in ocio, sed q̃ rebus friuolis, & nihil ad felicitatem conducentibus occupantur. Inde prouerbium: Satius est cessare, q̃ nihil agere. Sed tota vita perit aliud agētibus. Aliud agere dicitur, qui nō est attentus ad id quod agit. Perit igitur tota vita, quoniā cum vacamus vitijs, aliud agimus: dum vacamus friuolis, aliud agimus: dū studemus philosophiæ, quoniam id facimus supine & oscitanter, aliud agim9 parum attenti velut ad rem minime seriam. Hæc interpretatio si parum arridet, numeretur hęc sententia Senecæ inter eas, quas in hoc scriptore dānat. A. Gellius vt friuole argutas. HI. Mihi sane satis arridet. Sed interim strenue ad gallinam. Nolim vos falli, nihil pręterea parati est. Quadrat enim ad id, quod præcessit. Turpissima est iactura, quæ per negligentiam fit. Id autem declarat hac trimembri sententia. At paulo post videor mihi videre mendum: Mortem non prospicim9. Magna pars eius iam pręterijt. Nam legendū arbitror, mortem prospicimus. Prospicimus enim quæ procul absunt, quum mors magna ex parte præterierit nobis. LEON. Si sibi permittunt philosophi, vt aliquando diuertant in prata Musarum, fortasse non videbitur absurdum, si nos aliquando vel animi gratia diuertamus in illorum regionem. HILARIVS. Quid ni? LEO. Quum nuper relegerem librum Aristotelis, quē inscripsit περὶ τῶν ἐλέγχων quod argumentum est rhetoribus cū philosophis magna ex parte commune: comperi insignes errores interpretum. Neq; dubitandum est, quin hic qui Græce nesciunt, in multis locis egregie delirarint. Aristoteles enim proponit huiusmodi genus ambigui, quod nascitur ex voce, quę eadē declarat diuersa,

Nihil agere.

Aliud agere.

Prospicimus quæ a fronte sunt, sed procul respicimus a tergo relicta.

Locus Aristotelis.

ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπισάμενοι, τὰ γὰρ ἀποσοματιζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικοί. τὸ γὰρ μανθάνειν ὁμώνυμον τό τε ξυνιέναι χρώμενον τῇ ἐπισήμῃς καὶ τὸ λαμβάνειν τὴν ἐπισήμην.

Id verterunt hunc in modum : Quoniam diſcunt ſcientes. Nam ſecundum os grammatici diſcunt. Diſcere enim æquiuocum ad intelligere eum, qui vtitur diſciplina, & accipere diſciplinam. HI. Viſus es mihi nunc Hebraice loqui, non Latine. LE. Eſt ne quiſquã veſtrum qui audiuit hic vllam vocem æquiuocam ? HI. Nullam LE. Quid igitur ſtultius, q̃ id velle vertere, quod verti non poterat ? Neq; enim quẽadmodũ Græcis μανθάνειν ſonat μαθεῖν, & μαθητεύειν, ita Latinis diſcere, doctrinam accipere, aut tradere. Quanquam an hoc ſit verum neſcio, magis arbitror ſic mãthanin eſſe anceps apud Græcos, quẽadmodum cognoſcere apud Latinos. Cognoſcit enim qui nouit, & cognoſcit iudex qui diſcit cauſſam. Sic opinor Græcis μανθάνειν dicitur præceptor, qui exigit prælecta pueris, & pueri quibus prælegitur. Quam vero venuſte reddidit, τὰ γὰρ ἀποσοματιζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικοί. Nam ſecundum os grammatici diſcunt, quem vertere debuerit: Nam Grammatici quæ dictant docent. Hic interpretis erat aliud exemplum ſupponere, quod non eadem verba, ſed eandem rei ſpeciem exhiberet. Quanquam hoc loco ſuſpicor etiam in Græca ſcriptura nonnihil eſſe mendæ, ſcribendũ autẽ, ὁμώνυμον τῷ τε ξυνιέναι καὶ τῷ λαμβάνειν. Paulo poſt

μανθάνειν

Cognoſcere.

ſubijcit

ſubijcit aliud exemplum ambigui, quod naſcitur non ex vario vocis eiuſdem ſignificatu,ſed ex diuerſa connexione: τὸ βούλεσθαι λαβεῖν με τοὺς πολεμίους,velle me accipere pugnantes. Sic enim verti,pro eo quod erat,velle me capere hoſtes,& ſi legas βούλεσθε,ſermo fit dilucidior: Vultis me capere hoſtes. Nam pronomen poteſt pręcedere verbum,capere,& poteſt ſequi. Si præcedat,hic erat ſenſus: Vultis,vt ego capiam hoſtes? Si ſequatur,erit hic: Vultis,vt hoſtes me capiant? Subijcit eiuſdem generis aliud exemplum: ἆρ' ὅτις γινώσκει τοῦτο γινώσκεις, id eſt. An quod quis nouit,hoc nouit? Ambiguitas eſt in τοῦτο. Id ſi ſumatur accuſandi caſu ſenſus erit: Quicquid alicui cognitum eſt, id illi cognitum eſſe. Sin nominādi caſu, ſenſus hic erit Quam rem quis intelligit,ea intelligit: quaſi cognoſci non poſſit, niſi qđ viciſſim cognoſcat. Rurſus aliud ſubijcit: ἆρα ὅτις ὁρᾷ, τοῦτο ὁρᾷ; ὁρᾷ δὲ τὸν κίονα, ὥστε ὁρᾷ ὁ κίων. An quod quis videt,id videt? Sed videt colūnā,colūna igitur videt. Rurſus in τοῦτο eſt ambiguitas,quā prius indicauimus. Verum hæc vtcunq; reddi poterant latinis auribus. Quod ſequitur,nullo modo reddi poterat,ἆρα ὃ σὺ φὴς εἶναι, τοῦτο σὺ φὴς εἶναι, φὴς δὲ λίθον εἶναι, σὺ ἄρα φὴς λίθος εἶναι. Quod illi ſic reddiderunt. Putas qđ tu dicis eſſe: hoc tu dicis eſſe: dicis autē lapidē eſſe,tu ergo lapis dicis eſſe. Obſecro,qs omnino ſenſus humanus ex his verbis pcipi poſſit? Ambiguitas.n.ex parte pēdet ex idiomate Græci ſermonis,q̄ eſt in maiore ac minore, quanquā in maiore eſt & alia

 ambigui-

ambiguitas, in duabus dictionibus. ὅ & τοῦτο quæ si capiantur nominādi casu, sensus erit: Quicquid te dicis esse, hoc tu es. Sin accusandi, sensus erit: Quamcūq; rem tu dicis esse, eam dicis esse, & ad hunc sensum subsumit: λίθον φὴς εἶναι. Sed ad priorē colligit, σὺ ἄρα φὴς λίθος εἶναι. Græci sermonis proprietatem semel ausus est imitari Catullus: Phaselus iste, quem videtis hospites, Ait fuisse nauium celerrimus. Sic enim ferebatur hic versus in antiquioribus æditionibus. Hoc ignorato, necesse est multis modis delirare eos, qui in hæc loca scribunt commentarios. Ne id quidem quod inibi continenter sequitur, Latino potest esse perspicuum. Καὶ ἆρα ἐστὶ σιγῶντα λέγειν, διττὸν γάρ ἐστι, τὸ σιγῶντα λέγειν, τόν τε λέγοντα σιγᾶν, καὶ τὸ τὰ λεγόμενα. Id reddiderunt hunc in modum: Et putas est tacentem dicere. Duplex enim est, tacentem dicere, & hunc dicere tacentem, & quæ dicuntur. An non hæc Sibyllæ folijs obscuriora? HI. Mihi nec Græca satis liquent. LE. Exponam pro mea diuinatione? An possibile est tacentem dicere? Hęc interrogatio duplicem habet sensum, quorū alter est falsus & absurdus, alter esse potest verus. Nam fieri non potest, vt qui loquitur, non dicat ea, quę loquitur, hoc est, vt loquendo taceat. Sed fieri potest, vt is qui loquitur, taceat eum qui loquitur. Quanquā hoc exemplum recidit in alterā formā, quā paulo post subijcit. Rursum illud admiror, quod mox in genere ambiguitatis, quæ nascitur ex pluribus dictionibus cōiunctis, mutarint Græci vocem sęculi in literas ἐπίσταται τὰ γράμματα, cū Latini codices habeant, scire sæculum,

Catulli locus

lum. Hinc enim duplex ſenſus naſcitur, vel vt ipſum ſeculum ſciat aliquid, vel vt aliquis ſciat ſæculum. Verum hoc mollius eſt in αἰῶνα ſiue in κόσμον, quam in γράμματα. Nam literæ dicũtur abſurde ſcire quippiã. Verum nihil abſurdi ſit, ſi quis dicat, aliquid noſtro ſeculo notum eſſe. Aut aliquẽ noſſe ſuum ſeculum. Iam aliquanto poſt vbi proponit exemplũ ambigui ex accentu, non veritus eſt interpres pro verbis Homeri ſupponere Vergiliana, quũ eadem fuerit neceſſitas in illo exemplo. Quicquid dicis eſſe, hoc es. Ex Homero refert Ariſtoteles: οὗ καταπύθεται ὄμβρῳ. Si οὗ aſpiretur ac circunflectatur, ſonat, cuius computreſcit pluuia. Sin οὔ ſit exile et acutũ, ſonat, nõ cõputreſcit pluuia. Atque hoc quidem ſumptũ eſt ex Iliados ψ. Alterũ eſt διδόμεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι. Accentu collocato ſuper penultimam, ſonat, cõcede illi. Sin ſuper primam δίδομεν, ſonat damus. At poeta nõ ſentit Iouem dicere, concedimus illi: ſed Iupiter mãdat ipſi ſomnio, vt illi ad quem mittitur, concedat potiri voto. Dictum eſt enim, διδόμεν pro διδόναι. Pro his duobus Homericis, ſubiecerũt hæc ex noſtris poetis, velut illud ex Odis Horatij,

Me tuo longas pereunte noctes.
Lydia dormis.

Etenim ſi accentus ſit in, me, correpto: &, tu, ſit graue, vnica dictio eſt, metuo, id eſt, timeo. Quãquam hæc ambiguitas pendet non ſolum ex accẽtu, verum etiam ex compoſitione. Alterum ſuppoſuerunt ex Vergilio.

Me tuo, Horatius diuiſit vt ſubaudias amico.

Heu quia nam tanti, cinxerunt æthera nymbi.
Quanquam hæc quoq; ex cõpositione nascitur ambiguitas. HIL. Sunt ista quidẽ arguta dignaq; cognitu Leonarde, sed interim vereor, ne cui cõuiuiũ hoc sophisticũ videatur magis q̃ poeticũ. Alias si videbitur vel totũ diem venabimur Elenchos in Elẽchis. LE. Hoc est, in luco ligna, in mari quęremus aquã. HILA. Vbi est meus Mus? MVS. Adest. HIL. Mone Margaretã, vt tradat bellaria. MVS. Abeo. HIL. Rursum ades vacuus? MVS. Negat se de bellarijs cogitasse, & ait satis diu sessum esse. HIL. Vereor ne si diutius hic philosophemur, illa nobis mẽsam subuertat, quẽadmodũ Xanthippe Socrati. Consultius est igitur, vt bellaria sumamus in horto, ibi simul et ambulabimus, & libere nugabimur. Interea sibi qsque decerpat ex arbore, qđ lubet. CON. Placet cõsiliũ. HI. Est illic fonticulus, quouis vino suauior. CA. Qui fit, vt hortus tuus magis niteat, q̃ aula? HIL. Quia hic versor frequẽtius, Si quid arridet hic, ne parcite nostris opibus hortẽsibus. Iã si satis videtur deambulatũ, quid si considamus huc sub tilia, & Musas cieamus? PAR. Age fiat. HIL. Thema suppeditet hortus ipse. PART. Si præcesseris, sequemur. HI. Age faciã. Præpostere facit, cui varijs delicijs nitet hortus, quum animũ habeat nullis disciplinis, nullis virtutibus excultũ. LE. Credemus adesse Musas si reddideris eandẽ sententiã carmine. HI. Hoc mihi longe procliuius prosam orationẽ vertere carmine, q̃ argentum commutare auro. LE. Dic igitur. HIL.

Cui renitet hortus vndiquaq; flosculis,
Animumq; nullis expolitum dotibus,
Squalere patitur, is facit præpostere.

Habetis carnem Musis & Apolline nullo.

Sed

Elenchos, id est, redargutiones. ἐλέγχειν enim redarguere

Et Apollini nullo. Allusit ad illud Martialis: Musis & Apolline nullo. Quod scribis versus hoc Cicerõis habes

Sed elegans fuerit, si singuli hanc sententiam diuerso genere carminis reddatis.

LEON. Qui vicerit, quid præmij feret? HI. Hūc calathū onustum malis, aut prunis, aut cerasijs, aut mespilis, aut piris, aut si quid aliud magis adblāditur. LE. Quis erit arbiter certaminis? HIL. Quis nisi Crato? Et idcirco solus nō certabit, quo magis auscultet. CR. Vereor ne talē sitis habituri iudicē, qualē olī habebāt coccyx & luscinia, inter se de canēdi glōria decertātes. H. Sat est si placet oib⁹. CO. Placet arbiter, incipe Leonarde. LE.

Adblanditur .i. placet, sicut arridere dicitur, q̄d placet.

Coccyx, qui latine dicit Cuculus penul. produ.

Notus e Apologus de certamine canēdi inter lusciniā & cuculum asino iudice.

Cui tot delicijs renidet hortus,
Herbis, floribus, arborumq; fœtu.
Et multo & vario, nec excolendum
Curat pectus, & artibus probatis
Et virtutibus, is mihi videtur
Læuo iudicio, parumq; recto.

DIXI.

HIL. Carinus arrodit vnguem. Expectamus aliquid elaboratum. CAR. Nulla adest Musa.

Cura cui est, vt niteat hortus flosculis ac fœtibus,
Negligenti excolere pectus disciplinis optimis,
Hic labore, mihi vt videtur, ringitur præpostero.

HIL. Non frustra arrosus est vnguis. EVB. Quoniam ordo me vocat, ne nihil adferam:

Qui studet, vt varijs niteat cultissimus hortus
Delicijs, patiens animum squalere nec vllis
Artibus expoliens, huic est præpostera cura.

HIL. Non est quur extimulemus Sbruliū. Nam ille sic scatet versibus, vt plerunq; vel imprudēs effundat carmina. SBRVLIVS.

Arrodit vnguē. Gestus est cogitātis. Persius. Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngues. Idē. Chærestratus vnguē arrodēs ait hoc.

Cui vernat hortus cultus & elegans,
Nec pectus vllis artibus excolit,
Præpostera is cura laborat.
Sit ratio tibi prima mentis.

PAR.

Quisquis

Quisquis accurat variis vt hortus
Floribus vernet, neque pectus idem
Artibus sanctis colit, hunc habet præ
postera cura.

HIL. Nunc experiamur, cui hortus suppeditet plures sententias. LE. Quid ni faciat tam diues? Vel hoc rosetum mihi suggereret, quod dicam. Vt breuis est rosæ nitor, ita fugax est iuuentus: properas carpere rosam prius quam marcescat, magis adnitendum est, ne sine fructu tibi effluat iuuentus. HIL. Thema satis aptum carmini. CAR. Vt inter arbores suus cuique fœtus est, ita inter homines suæ cuique dotes sunt. EV. Vt terra si excolatur, varias opes gignit in vsus humanos, neglecta spinis ac vepribus obducitur: ita hominis ingenium si excolatur optimis studiis, plurimas edit virtutes: sin negligas, variis occupatur vitiis. SBR. Hortus quotannis colendus est, vt niteat: Animus semel excultus honestis studiis, perpetuo floret ac vernat. PART. Vt amœnitas hortorum non auocat animum ab honestis studiis, sed ad hæc inuitat potius: ita quærendi sunt lusus ac ioci, qui non absunt à literis. HIL. Euge video examen sententiarum. Nunc ad versus. Sed antequam id aggrediamur, mea sententia fuerit exercitatio nec inelegans, nec infrugifera, si primam sententiam toties reddamus Græcis versiculis, quoties reddidimus Latinis. Hic auspicabitur Leonardus, iam olim familiaris Musis Græcanicis. LE. Ineptiam, si iubes. HIL. Iubeo atque impero. LE.

ὣ κῆπός ἐστιν ἄνθεσιν γελῶν καλοῖς,
ὁ δὲ νοῦς μάλ' αὐχμῶν, τοῖς καλοῖς μαθήμασι
Οὐκ ἔστι κόμψος, οὗτος οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ,
Περὶ πλείονος ποιῶν τὰ φαῦλ' ἢ κρείττονα,

Ego

Ego pręsulem egi. succedet qui volet. HIL. Carinus. CAR. Imò Hilarius. LEO. Sed video Margaretam interuenire, adfert nescio quid deliciarum. HIL. Si id fecerit, me fefellerit mea furia. Quid adfers? MAR. Sinapi, quo condiatis vestra bellaria. An non pudet hic garrire in multā noctem, & postea vos poetæ multa blateratis in loquacitatem fœminarū? CRA. Haud male monet Margareta, iā tempus est, vt suū quisq; nidū adeat. Aliâs in hoc pulcherrimo certaminis genere, vel solidum diem consumemus. HIL. Sed cui addicis præmium? CRA. In præsentia quidem mihi ipsi addico. Nullus enim vicit præter vnum me. HIL. Qui vicisti, qui non certaueris? CRA. Vos certastis, at non decertastis. Ego q̄d nemo vestrum potuit, vici Margaretam. CAR. Hilari, æquum postulat, auferat calathum.

CONVIVIVM FABVLOSVM.

POLYMYTHVS, GELASInus, Eutrapelus, Asteus, Philythlus, Philogelos, Euglottus, Lerochares, Adolesches.

POLYMYTHVS.

VT non decet ciuitatē bene institutā esse sine legibus ac principe, ita nec conuiuium oportet ἄναρχον esse καὶ ἄνομον. GE. Istuc vero perplacet, vt vnus totius populi nomine respondeam. POLYM. Heus puer, adfer huc talos, horum suffragijs decernetur regnū, cuicunq; fauerit Iupiter. Euge, Eutrapelo fauit Iupiter. Non fuere sortes cæcæ, non poterat magis idoneus eligi, etiam si per singulas tribus viritim collecta fuissent puncta. Vulgo iactatur prouerbium

Ego pręsulē Allusit ad salios sacerdotes Martis, ni fallor, qui saltabant in pompa: præsul autē, qui saltat prim9. Est in quibusdā choreis mos, vt vnus solus auspicetur saltationem, vnde quisquis aliis cō̄tātibus rem cœpit, dicitur incępisse choream.

Polymyth9 fabulosus. Gelasinus, ridiculus. Eutrapelus, facetus. Asteus, vrbanus. Philythlus, amās nugarum Philogelos, amās risum Euglottos, bene linguax. Lerochares, qui gaudet nugis Adolesches, nugator.

bium, non tam vanum quàm parum Latinũ: Nouus rex nouus lex, νομοθέτει γοῦν ὦ βασιλεῦ.

EVT. Quod fœlix faustumque sit huic conuiuio. Primũ edico, ne quis hic proferto præter ridiculas fabulas. Cui deerit fabula, drachma mulctator, ea pecunia in vinum insumitor, atque in legitimis fabulis etiã ex tẽpore cõficta habentor, modo seruetur τὸ πιθανὸν καὶ τὸ πρέπον. Si nulli defuerit fabula, duo, quorum alter lepidissimã, alter frigidissimam fabulã dixerit, vini precium pendũto, cõuiuator à vini sumptu immunis esto, ciborũ sumptum vnus suppeditato. Huius rei si quid inciderit controuersiæ, Gelasinus arbiter ac iudex esto. Hęc si vos sciueritis rata sunto: qui legi parere noluerit, abito, sic tamen, vt postridie ad compotationem redire ius fasque sit. GEL. Legem à rege latam, nostris suffragijs ratam esse võlumus. Sed vnde proficiscetur, fabularum circulus? EVT. Vnde, nisi à conuiuatore? AS. Licet ne rex dicere tria verba? EVT. An tu credis nefastum esse conuiuium? AS. Iureconsulti negant legem esse, quæ non sit æqua. EVT. Assentior. AS. At tua lex æquat optimam fabulam pessime. EVT. Vbi voluptas quæritur, ibi non minus laudis promeretur, qui pessime dixit, quàm qui optime, eo quod non minus delectet. Velut inter cantores nemo voluptati est, nisi qui aut insigniter bene cecinerit, aut egregie male. Nonne plures rident audito coccyce, quàm audita luscinia? Hic mediocritas laudem non habet. ASTE. At quur plectuntur, qui laudem auferunt? EVT. Ne nimia fœlicitas prouocet illis Nemesin aliquã si simul & laudem auferrent & immunitatem. AS. Per Bromium, Minos ipse nunquam tulit legem

Νομοθέτει & cæ. Id est. Statue leges o rex.

Quod fœlix. Ab hac solenni precatione solẽt olim auspicari, qui rem seriã agebãt apud populum.

τὸ πιθανὸν id est, verisimile & πρέπον, id est, decorũ

Tria verba, dixit, pro paucis. Quod alter ludens torquet ad dies nefastos in quibus iudiciũ erat, nec licebat prætori dicere tria verba do, dico, addico. Sic Ouidi. Ille nefastus erit per quẽ tria verba silent

gem æquiorem. PHI. Nullam feres legem de modo bibendi? EVT. Dispecta re, sequar exemplũ Agesilai Lacedæmoniorum regis. PHI. Quid is fecit? EVT. Is quum tempore quodam symposiarchus talorum arbitrio delectus esset, rogante architriclino, quantum cuiq; vini iuberet apponi: Si largior, inquit, vini copia parata est, dato cuique quantum poposcerit: si malignior, omnibus ex æquo distribuito. PHI. Quid sibi voluit Lacon ille, cum hæc diceret? EVT. Hoc agebat, vt neque temulentum, neque rursum querulum esset conuiuium. PHI. Qui sic? EVT. Quia sunt, qui gaudent largius bibere, sunt qui gaudent parcius, reperiuntur & abstemij, qualis dicitur fuisse Romulus. Itaque si nulli datur vinum, nisi poscenti, primum nemo compellitur ad bibendum, & tamen nihil desiderant, quibus grata est largior potatio. Ita fit, vt nemo tristis sit in conuiuio. Rursus, si parcior copia vini, distribuitur æquis portionibus in singulos, satis habent qui bibunt moderatius, neque quisquam in æqualitate potest obmurmurare, quando qui largius erat hausturus, æquo animo componit sese ad temperantiam. Hoc exemplum si placet, vtar. Volumus enim hoc conuiuium fabulosum esse, non vinosum. PHI. Quid igitur bibebat Romulus? EVTRA. Idem quod bibunt canes. PHIL. An non istud indignum rege? EVTRA. Nihilo magis quàm quod reges spirant aëre cum canibus communi, nisi quod illud interest, rex non bibit eandem aquam, quam biberet canis, sed aërem quem efflauit rex, haurit canis: & vicissim quẽ efflauit canis, haurit rex. Plus gloriæ tulisset Alexander ille magnus, si cũ canibus bibisset, Nihil enim peius regi, qui tot hoim milibus

Symposiarchus, princeps cõuiuii

Architriclino, qui curat cibos apponẽdos ac potũ. Olim cõuiuium tres spondas habebat.

Quod bibũt canes.

Canis natura abhorret a vino.

milibus vigilat, quàm vinolentia. Cæterum Romulum abstemium fuisse declarat apophthegma nõ infestiuiter ab illo dictum. Etenim quum quidam videns illum abstinere, à vino, dixisset, vinum vile futurum, si omnes biberent, quemadmodũ ille: imo, inquit, tum arbitror fore charissimum, si biberent omnes vinum, quemadmodum ego. Bibo enim quantum libet. GEL. Vtinam hic adesset noster Ioannes Botzemus Canonicus Constantiensis, qui nobis Romulum quendam referret, nam & is abstemius non minus est quàm dicitur, alioqui comis ac festiuus conuiua. POLY. Age, si simul potestis, non dicam sorbere & flare, quod Plautus ait esse difficile, sed edere & audire, quod est perfacile, bonis auibus auspicabor fabulandi munus. Si parum erit lepida fabula, scitote Batauam esse. Opinor aliquot vestrum auditum Macci nomen. GELASIN. Non ita diu est quod perijt.. POLY. Is cum venisset in ciuitatẽ quæ dicitur Leidis, ac vellet nouus hospes innotescere ioco quopiã, nam is erat homini mos, ingressus est officinam calcearij, salutat. Ille cupiẽs extrudere merces suas, rogat nũquid vellet. Macco conijciente oculos in ocreas ibi pensiles, rogat sutor num vellet ocreas. Annuente Macco, quęrit aptas tibijs illius, inuentas alacriter protulit, et vt solent, inducit illi. Vbi iam Maccus esset eleganter ocreatus, quàm belle, inquit, congrueret his ocreis par calceorum duplicatis soleis. Rogatus an & calceos vellet: annuit. Reperti sunt, & additi pedibus. Maccus laudabat ocreas, laudabat calceos. Calcearius tacite gaudens, succinebat illi laudanti, sperans precium æquius, postea quam emptori tantopere placeret merx. Et iã erat nonnulla contracta familiaritas. Hic Maccus: Dic mihi, inquit

hi, inquit bona fide, nũquam ne vsu venit tibi, vt quẽ sic ocreis & calceis ad cursum armasses, quẽadmodũ nunc armasti me, abierit non numerato precio? Nunquam, ait ille. Atqui si fortè, inquit, veniat vsu, quid tu tum faceres? Consequerer, inquit calcearius, fugientem. Tum Maccus: Serio ne ista dicis, an ioco? Planè serio, inquit alter, loquor, & serio facerem. Experiar, ait Maccus. En pro calceis præcurro, tu cursu sequere. Simulq; cum dicto coniecit se in pedes. Calcearius euestigio consequutus est, quantum poterat clamitãs: tenete furem, tenete furem. Ad hanc vocem quũ ciues vndique prosilijssent ex ædibus, hoc commento cohibuit illos Maccus, ne quis manum inijceret, ridens ac vultu placido: Ne quis, inquit, remoretur cursum nostrum, certamen est de Cupa ceruisiæ. Itaq; iã omnes præbuere se certaminis spectatores. Suspicabantur autem calcearium dolo clamorem eum fingere, vt hac occasione anteuerteret. Tandem calcearius cursu victus, sudans & anhelans domum redijt. Maccus tulit brabeum. GELA. Maccus iste effugit quidem calcearium, at non effugit furem. POL. Quam ob rem? GE. Quia furẽ ferebat secum. PO. Forte tum non erat ad manũ pecunia, quã postea resoluit. GE. Verum erat actio furti. PO. Ea quidem post intentata est, sed iã magistratibus aliquot innotuerat Maccus. GEL. Quid attulit Maccus? PO. Quid attulit rogas, in caussa tã vincibili? Magis periclitat⁹ est actor q̃ reus. GE. Qui sic? PO. Quia grauabat illũ actione calũniæ, & intẽdebat legẽ Rhemiã, quę dictat, vt qui crimen intẽderit, q̃d ꝓbare nõ possit, pœnã ferat, quã laturus erat, reus, si cõuictus fuisset. Negabat se cõtrectasse rẽ alienã inuito dño, sed vltro deferẽte, nec vllã pre-

Legẽ Rhemiã Quę ad pœnã talionis vocat calumniatorẽ.

tij mentionem intercessisse. Se prouocasse calcariū ad certamen cursus, illum accepisse conditionē, nec habere quod queratur, quum esset cursu superatus. GEL. Hęc actio non multū abest ab vmbra asini. Quid tādem? POL. Vbi satis risum est, quidam è iudicibus vocauit Maccum ad cœnā & numerauit calceario pretium. Simile quiddam accidit Dauentriæ me puero. Erat tempus illud, quo regnant piscatores, frigent lanij. Quidā adstabat ad fenestram fructuariæ, siue Gręce mauul tis, oporapolidis, fœminæ vehemēter obesę, oculis intentis in ea quæ proposita venum erant. Illa ex more inuitauit, si quid vellet: & quum videret hominem intentum ficis: Vis, ait, ficos? sunt perquàm elegantes. Quum ille annuisset, rogat, quot libras vellet: Vis, inquit, quinque libras? Annuenti, tātum ficorum effudit in gremium. Dū illa reponit lances, ille se subducit, nō cursu, sed placide Vbi prodisset acceptura pecuniā, vidit emptorē abire, insequitur maiore voce quàm cursu. Ille dissimulans pergit quô cœpit ire: tandem multis ad fœminæ vocem concurrentibus, restitit. Ibi in populi corona agitur caussa. Risus oboritur. Emptor negabat se emisse, sed quod vltrò delatum fuisset, accepisse. Si vellet experiri apud iudices, se compariturum. GELA. Age narrabo fabulam tuæ non admodum dissimilem, fortasse nec inferiorem, nisi quod hæc non habet autorem perinde celebrem atque est Maccus. Pithagoras totum mercatum diuidebat in tria hominū genera, quorum alij prodissent vt venderent, alij emerent, hoc vtrunque genus aiebat sollicitum esse, proinde nec fœlix: alios non ob aliud venire in forum quàm vt spectent quid illic proferatur, aut quid agatur. Hos solos esse fœlices, quod vacui curis

Vmbra asini. Vide Chiliad.

Frigēt lanii. Circūitione notauit quadragesimā.

Fructuaria quæ vendit fructus arborum.

gratuita

gratuita voluptate fruerentur. Atque ad hunc modum dicebat philosophum versari in hoc mundo, quemadmodum illi versarentur in mercatu. Verum in nostris emporijs quartum hominũ genus obambulare solet, qui nec emunt, nec vendunt, nec ociosi contemplantur, sed obseruãt sollicite, si quid possint inuolare. Atque in hoc genere reperiuntur quidam mire dextri, dicas esse Mercurio fauente natos. Conuiuator dedit fabulam cum coronide, ego dabo cum proœmio. Nunc accipite quod nuper accidit Antuerpiæ. Sacrificus quidam receperat illic mediocrẽ summam pecuniæ, sed argenteæ, id impostor quidam animaduerterat, adijt sacrificum, qui gestabat in zona crumenam nummis turgidam, salutat ciuiliter, narrat sibi datum negocium à suis, vt vici sui parocho mercaretur nouum pallium sacrũ, quę summa vestis est sacerdoti rem diuinam peragenti. Rogat hac in re commodaret sibi tantillum operæ, vt secum iret ad eos, qui vendunt huiusmodi pallia, quo videlicet ex modo corporis ipsius sumeret maius aut minus, nam sibi videri staturam ipsius, cum parochi magnitudine vehementer cõgruere. Hoc officium quum leue videretur, facile pollicitus est sacrificus. Adeũt ędes cuiusdã, prolatum est pallium, sacrificus induit, venditor affirmat mire cõgruere: impostor quũ nunc à fronte, nunc à tergo cõtemplatus esset sacrificũ, satis probauit palliũ, sed caussatus est à fronte breuius quàm par esset. Ibi venditor ne non procederet contractus, negat id esse pallij vitium, sed crumenam turgidam efficere, vt ea parte offenderet breuitas. Quid multa? Sacrificus deponit crumenam, denuo contemplantur. Ibi impostor auerso sacrifico crumenam arripit, ac semet

Catena est. Alludit ad catenã argẽteã Homeri. Videtur sub indicare, ꝙ ex talib9 impostoribus aliquid lucri redeat ad pręfectos, et hinc ad principes.

Ordo, id est, vices. Cogere in ordinẽ est facere cæteris æqualẽ

Quod principi placuit, per principis geniũ, ad principis statuam, hęc de Cęsare intelligebantur.

Imperatoris nomen militare, regis nomen erat Romanis inuisum, principis nomẽ erat amabilius.

in pedes conijcit. Sacerdos cursu insequitur, vt erat palliatus, & sacrificũ venditor. Sacrificus clamat, tenete furem: venditor clamat, tenete sacrificum: impostor clamat, cohibete sacrificũ furẽtẽ: & creditum est, quum viderẽt illum sic ornatum in publico currere. Itaqꝫ dum alter alteri in mora est, impostor effugit. EV. Dignus qui non simplici suspẽdio pereat, tantus artifex. GEL. Nisi iam pendet. EV. Vtinam non solus, sed vnà cum illo, qui talibus portentis fauent in perniciẽ Reipub. GEL. Non fauent gratis. Catena est, quæ demissa in terras pertingit ad Iouem. EV. Ad fabulas redeundum. AST. Ad te redit ordo, si fas est regem in ordinẽ cogere. EVT. Non cogar, imô volens veniam in ordinem, alioqui tyrannus essem, non rex, si leges quas alijs præscribo, recusem. AST. Verumtamen aiunt, principem esse supra leges. EV. Istuc non omnino falso dictum est, si principem accipias summum illum principem, quem tum vocabant Cæsarem. Deinde si sic accipias superiorem legibus, quod alij coacti vtcũqꝫ seruant, illum suapte sponte multo cumulatius præstare. Quod enim animus est corpori, hoc est bonus princeps Reipub. Quid opus erat addere bonus, quando malus princeps non est princeps quemadmodum spiritus impurus, qui inuasit corpus hominis, non est animus. Sed ad fabulam, & arbitror cõuenire, vt rex regiã fabulam adferam. Lodouicus Galliarũ rex, eius nominis vndecimus, quum rebus domi turbatis, peregrinaretur apud Burgũdiones, occasione venationis nactus est familiaritatẽ cum Conone quodã homine rustico, sed animi simplicis ac synceri. Nã hoc genus hominibus delectãtur monarchæ. Ad huius ędes frequẽter diuerterat rex ex venatu, & vt

plebeis rebus nõnunq̃ delectãtur magni princi-
pes, apud eum magna cũ voluptate vescebatur
rapis. Mox vbi Lodouicus restitutus, iã rerũ po-
tiretur apud Gallos, submonuit Cononem vxor,
vt regẽ veteris hospitij cõmonefaceret, adiret il-
lũ, & rapas aliquot insignes illi dono adferret.
Tergiuersatus est Conon, se lusurum operã, prin
cipes enim nõ meminisse talium officiorũ. Sed
vicit vxor, deligit Conon rapas aliquot insignes,
accingitur itineri. Verũ ipse per viam captus ille-
cebra cibi, paulatim deuorauit omnes, vna dun-
taxat excepta insigniter magna. Vbi Cono pro-
repsisset in aulam, quà rex erat iturus, statim ag-
nitus est à rege, & accersitus. Ille magna cum ala-
critate detulit munus, Rex maiore cum alacrita-
te accepit, mãdans cuidam è proximis, vt diligen
ter reponeretur inter ea, quæ haberet charissima.
Cononẽ iubet secũ prandere, à prandio egit Co-
noni gratias, & cupiẽti repetere rus suũ, iussit pro
rapa numerare mille coronatos aureos. Huius rei
fama quũ, vt fit, per omne regis famulitium esset
peruagata, quidã ex aulicis dono dedit regi equũ
nõ inelegantẽ. Rex intelligẽs illũ prouocatũ be-
nignitate, quã prestiterat Cononi captari predã,
vultu maiorẽ in modũ alacri accepit mun9, et cõ
uocatis primoribus cõsultare cœpit, quo munere
pẽsaret equũ tã bellũ tãq; preciosum. Interim q̃
donarat equũ spes opimas aĩo cõcipiebat, sic co-
gitans: si sic pensauit rapam donatã à rustico, quã-
to munificẽtius pensaturus est equũ talem obla-
tum ab aulico? Quũ regi veluti de re magna con-
sultanti alius aliud responderet, diuq; vana spe la
ctatus esset captator, tandẽ rex: Venit, inquit, in
mentẽ, quod illi donem, & accersito ex proceri-
bus quopiã, dicit in aurẽ, vt adferat id quod repe-

 riret

riret in cubiculo (simulq; locum designat) serico diligēter obuolutum. Adfertur rapa, eam vt erat obuoluta, rex sua manu donat aulico, addens sibi videri bene pensatū equum cimelio, quod sibi cōstitisset mille coronatis. Digressus aulicus dū tollit linteū, pro thesauro reperit, non carbones, qđ aiunt, sed rapam iam subaridam. Ita captator ille captus, risui fuit omnibus. AST. Iam si permittis rex, vt plebeius loquar regalia, referam quod ex tua fabula venit in mentē de eodē Lodouico. Nā vt ansa ansam, ita fabula trahit fabulam. Quidam famulus, quum vidisset pediculum repentē in veste regia, flexis genibus ac sublata manu significat se nescio quid officij præstare velle. Lodouico præbente se, sustulit pediculum, & clàm abiecit. Rogante rege quid esset, puduit fateri. Quum instaret rex, fassus est fuisse pediculum. Lætum, inquit, omen est, declarat enim me esse hominem: quod hoc genus vermiculorum peculiariter infestet hominē, præsertim in adolescentia. Iussitq; pro officio numerari coronatos quadragītа. Post dies aliquammultos alter quidam, qui viderat illi fœliciter cessisse tam humile officiū, nec animaduertēs, plurimū interesse, ex animo facias quid, an arte, simili gestu aggressus est regē, ac rursus illo se præbente, simulabat se tollere quiddam è veste regia, quod mox abijceret. Quū vrgeret rex tergiuersantem, vt diceret, quid esset, mire simulato pudore, tandem respondit, esse pulicem. Rex intellecto fuco, quid, inquit, an tu me facies canē? Iussit tolli hominē, ac pro captatis quadraginta coronatis, infligi quadraginta plagas. PHI. Non tutum est, vt audio, cum regibus facetijs ludere. Quemadmodum enim leones se nonnunquā placide præbent fricanti, ijdem vbi lubitum est leones

Cimelio. κειμήλιον Græcis est pciosum aliquid, quod seruādi caussa seponit, apud Homerū. Vulgo dicimus clenodia.

Canē. Nam hoc animal maxime infestatur a pulicibus.

Tolli, sublimem in humeros, vt vapularet

nes sunt, & iacet collusor: itidem fauent principes. Sed adferam tuæ fabulę fabulam nõ dissimilem, ne recedamus interim à Lodouico, cui pro delectamento erat, coruos hiantes fallere. Dono acceperat alicunde decem milia coronatorũ (quoties autẽ principibus obtigit noua pecunia, venãtur omnes officiarij, & captant aliquã prædę partẽ: id non fugiebat Lodouicum.) Quum igitur ea pecunia exprompta esset in mẽsa, quo magis irritaret spem omnium, sic loquutus est circumstantibus: Quid? an non videor rex vobis opulẽtus? vbi collocabimus tantam pecuniæ vim? Donaticia est, donari vicissim conuenit. Vbi nunc sunt amici, quibus pro suis in me officijs debeo? Adsint nunc, priusquã effluat hic thesaurus. Ad hanc vocem accurrére permulti, nemo nõ sibi sperabat aliquid. Rex quum vidisset aliquem maxime inhiantem, & iam oculis deuorantẽ pecuniã, ad eũ conuersus: Amice, inquit, quid tu narras? Ille cõmemorabat se diu aluisse falcones regios, summa fide, nec sine grauibus impendijs: alius aliud adferebat, suum quisq; officiũ verbis quantũ poterat exaggerabat, idq; nõ sine mendacijs. Rex omnes benigne audiebat, & singulorũ orationem comprobabat. Hęc consultatio dilata est in longũ tẽpus, quo diutius spe metuq; torqueret oẽs. Adstabat inter hos primus cãcellarius. Nã & hunc iusserat acciri. Is cęteris prudentior, nõ prædicabat officia sua, sed agebat spectatorẽ fabulæ. Ad hunc tãdẽ cõuersus rex: Quid, inquit, narrat meus cancellarius? Solus ille nihil petit, nec prędicat officia sua. Ego, inquit cancellarius, plus accepi à benignitate regia, q̃ promeruerim, nec vlla de re magis sollicitus sum, q̃ vt regiæ in me munificentię respõdeã: tantũ abest, vt velim flagitare plu-

ra. Tum rex: Vnus igitur, inquit, omniũ nõ eges pecuniæ? Ne egerem, inquit alter, iam tua præstitit benignitas. Ibi rex versus ad alios: Næ ego sum, inquit, regum omnium magnificẽtissimus, qui tam opulentum habeã cancellarium. Hic magis accensa spes est omnibus, futurũ, vt pecunia cæteris distribueretur, quandoquidẽ ille nihil ambiebat. Ad hunc modum vbi satis diu lusisset rex, coëgit cancellarium, vt totam eam summam domũ auferret. Moxq; versus ad cæteros iam mœstos: Vobis, inquit, erit alia expectanda occasio. PHI. Fortasse frigidius videbitur, quod narraturus sum, proinde deprecor doli mali suspicionem fucive, ne videar de industria ambisse immunitatẽ. Adijt eundẽ Lodouicum quidã, petens, vt munus, quod fortè vacabat in eo pago, in quo habitabat, iuberet in ipsum transferri. Rex audita petitione, expedite respondit: Nihil efficies, videlicet amputans omnẽ spem impetrandi, quod petebatur. Petitor item mox actis regi gratijs discessit. Rex ex ipsa fronte colligens hominẽ esse non omnino sinistri ingenij, suspicans q; illum nõ intellexisse quid respondisset, iubet eũ reuocari. Redit. Tũ rex: Intellexeras, inquit, quid tibi responderim? Intellexi. Quid igitur dixi? me nihil effectur ũ. Quur igitur agebas gratias? Quoniam, inquit, est domi quod agã, proinde magno meo incõmodo persequuturus eram hic spem ancipitẽ, nunc beneficium interpretor cito negasse beneficium, meq; lucratum quicquid eram perditurus, si vana spe lactatus fuissem. Ex eo responso rex cõiectans hominem minime segnem, vbi percontatus esset, habebis inquit, quod petis, quo mihi bis agas gratias, simulq; versus ad officiarios: Expediãtur, inquit, huic sine mora diplomata, ne hic
diu

alu suo damno hæreat. EV. Non deest quod referam de Lodouico, sed malo de nostro Maximiliano, qui vt nequaquam solitus est defodere pecuniam, ita clementissimus erat in eos, qui decoxerant, modo nobilitatis titulo commendarentur. Ex hoc hominum genere quum cuidã iuueni vellet opitulari, mandauit illi legationem, vt à ciuitate quadam, titulo nescio quo, peteret centum millia florenorum. Talis autem erat titulus, vt si qd impetratum esset dexteritate legati, pro lucro duci posset. Legatus extorsit milia quinquaginta, Cæsari reddidit triginta. Cæsar lætus insperata præda dimisit hominem, præterea nihil inquirẽs. Interea quęstores & rationales olfecerant plus acceptum fuisse, quã exhibitum, interpellant Cæsarem, vt accerseret hominem. Accitus est, venit ilico. Tum Maximilianus: Audio, inquit, te accepisse milia quinquaginta. Fassus est. Non exhibuisti nisi triginta millia. Fassus est & hoc. Reddenda est, inquit, ratio. Promisit se facturum, ac discessit. Rursum quum nihil esset actum, interpellantibus officijs, reuocatus est. Tum Cęsar: Nuper, inquit, iussus es reddere rationem. Memini, inquit, ille, & in hoc sum. Cæsar suspicans illi rationem nondum satis esse subductam, passus est illum sic abire. Quum sic eluderet, officiarij vehemẽter instabant, clamitantes non esse ferendum, vt ille tã palam illuderet Cæsari. Persuaserunt, vt accersitus iuberetur inibi præsentibus ipsis exhibere rationem. Annuit Cæsar. Accitus venit ilico, nihil tergiuersatus. Tum Cæsar: Nonne, inquit, pollicitus es rationem? Pollicitus, respondit ille. Iam inquit, opus est, en adsunt qui excipient, nec est diutius tergiuersandi locus. Assidebant officiarij paratis ad id codicillis. Ibi iuuenis sat dextre: Nõ
 detrecto,

detrecto, inquit, rationem inuictissime Cęsar. Verum huiusmodi rationum non sum admodum peritus, vt qui nunquam reddiderim, isti qui assidēt talium rationum sunt peritissimi, si vel semel videro quemadmodum illi tractent huiusmodi rationes, ego facile imitabor. Rogo iubeas illos vel exemplum ædere, videbunt me docilem. Cæsar sensit dictum hominis, quod non intelligebāt hi in quos dicebatur, ac subridens: Verum, inquit, narras, & æquum postulas. Ita iuuenem dimisit. Subindicabat enim sic illos Cæsari solere reddere rationem, quemadmodum ipse reddiderat, nimirum, vt bona pecuniæ portio penes ipsos maneret. LER. Nunc tempus est, vt ab equis, quod aiunt, ad asinos descendat fabula, à regibus ad Antonium sacrificum Louaniensem, qui Philippo cognomento Bono fuit in delitijs, huius viri feruntur multa vel iucunde dicta, vel iocose facta, sed pleraqȝ sordidiora. Nam plerosqȝ lusus suos condire solitus est vnguento quodam, quod non admodum eleganter sonat, sed peius olet, deligā vnum ex mundioribus. Inuitarat vnum atqȝ alterum bellum homunculum forte obuium in via. Quum redisset domum, reperit culinam frigidā. Nec erat nummus in loculis, quod illi nequaquā erat insolens. Hic opus erat celeri consilio. Subduxit se tacitus, & ingressus culinam fœneratoris qui cum erat illi familiaritas, quod frequēter ageret cum illo, digressa ancilla, subduxit vnam ex ollis æneis, vnà cum carnibus iam coctis, ac veste tectam deferebat domum, dat coquæ, iubet protinus effundi carnes & ius in aliam ollam fictilē, simulqȝ fœneratoris ollam defricari, donec niteret. Eo facto mittit puerum ad fœneratorē, q deposito pignore drachmas duas à fœneratore su-

mat

mat mutuo, sed accipiat chirographū, quod testaretur talē ollā missum ad ipsum. Fœnerator non agnoscens ollā, vtpote defrictā ac nitentē, recipit pignus, dat chirographū, & numerat pecuniam, ea pecunia puer emit vinū. Ita prospectū est conuiuio. Tandē quū apparaueretur prādiū fœneratori desiderata est olla. Hic iurgium aduersus coquam Ea quū grauaretur, constanter affirmauit, neminē eo die fuisse in culina, prꝑter Antoniū. Improbum videbatur hoc suspicari de sacrifico. Tandē itum est ad illum, exploratum an esset apud illū olla, ne musca qudem olla reperta. Quid multis? Serio flagitata est ab illo olla, quod solus ingressus esset culinam, quo tempore desiderata est. Ille fassus est sumpsisse commodato ollam quandam, sed quam remisisset illi, vnde sumpserat. Id quū illi pernegarent, & incaluisset contentio, Antonius adhibitis aliquot testibus: Videte, inquit, q̃ periculosum est, cum horum temporum hominibus agere sine chirographo, intenderetur mihi propemodum actio furti, ni manum haberem fœneratoris. Et protulit syngrapham. Intellectus est dolus, fabula magno cum risu per totam regionem dissipata est, ollam oppignoratam ipsi cuius erat. Huiusmodi dolis libentius fauent homines, si commissi sint in personas odiosas, præsertim eos, qui solent aliis imponere. ADO. Næ tu nobis mare fabularum aperuisti, nominato Antonio, sed vnam duntaxat, eamq; breuem referam, quam audiui nuperrime. Agitabant simul conuiuium aliquot belli, vt dicunt, homunculi, quibus nihil prius in vita quàm ridere. Inter hos erat ANTONIVS, atque alter item, & ipse celebris hoc gñe laudis, ac velut æmulus Antonij. Porro quemadmodū inter philosophos, si qñ conue-

conueniunt, proponi solent quęstiunculæ de rebus naturæ, ita hic statim nata est quęstio, quænā esset hominis pars honestissima. Alius diuinabat oculos, alius cor, alius cerebrum, alius item aliud & suæ quisq; diuinationis rationem adferebat. Antonius iussus dicere sententiam, dixit os sibi videri partem omnium honestissimam, & addidit caussam nescio quam. Tum alter ille, ne qd ipsi conueniret cum Antonio, respondit eam partē qua sedemus sibi videri honestissimam. Quum id videretur omnibus absurdum, attulit hanc caussam, quod is diceretur vulgo honoratissimus, qui primus consideret: hoc honoris competere parti quam dixisset. Applausum est huic sententiæ, & risum est affatim. Placuit homo sibi de hoc dicto visusq; est in eo certamine victus Antonius. Dissimulauit Antonius, qui nō ob aliud detulerat ori primam honestatis laudem, nisi quod sciret illum velut æmulum suæ gloriæ, diuersam partem nominaturum. Post dies aliquot, quum rursus vterque vocatus esset ad idem conuiuium, ingressus Antonius offendit æmulum cum alijs aliquot cō fabulantē, dum adornatur cœna. Et auersus emisit clarum ventris crepitum ante faciem alterius. Ille indignatus, abi, inquit, scurra, vbi nam didicisti mores istos? Tum Antonius: Etiam indignaris inquit? si te salutassem ore, resalutasses, nūc te saluto parte corporis vel te iudice omnium honestissima, & scurra vocor. Sic recuperauit prius amissam gloriā Antonius. Diximus omnes, nunc superest, vt pronunciet iudex. GEL. Id faciā, sed non prius q̄ suum quisq; cyathum ebiberit. En auspicor. Sed lupus in fabula. POL. Haud lęuum omen adfert Leuinus Panagathus. LEV. Quid actum est inter tam lepidos congerrones? POL.

Quid

Quid aliud? Certatum est fabulis, donec lupus interuenires. LEV. Huc igitur adsum, vt perficiam fabulam, volo vos omnes cras apud me prãdere prandium theologicum. GEL. Scythicum promittis conuiuium. LEV. αὐτὸ δείξει. Nisi fatebimini hoc fuisse vobis quouis fabuloso conuiuio iucundius, non recuso dare pœnas in cœna. Nihil iucundius, q̃ quum serio tractantur nugæ.

Scythicũ .i. triste.
αὐτὸ δείξει .i. ipsa res indicabit. Vide prouerbiũ

PROBLEMA.

CVRIO, ALPHIVS.

LVbens ex te rerum plurimarum perito discerem quiddã, si tibi non sit molestũ. AL. Age Curio, percontare quod voles, ne non respondeas tuo nomini. CV. Equidem non grauabor dici Curio, modo ne addas, animal illud monosyllabum, Veneri iuxta ac Mineruæ inuisum. AL. Dic igitur quid velis. CV. Scire cupio quid sit quod appellamus graue & leue. ALP. Eadẽ opera roga, quid sit frigidũ & calidũ. Quin tu istuc problema baiulis proponis potius quâm mihi, aut si mauis asinis, qui grauitatẽ oneris demissis auriculis indicãt. CV. At ego non asininã sed philosophicã respõsionẽ expecto, præsertim ab Alphio. ALP. Graue est quod suapte natura fertur deorsum, leue quod sursum. CVR. Quur igitur Antipodes, qui infra nos sunt, non decidũt in subiectũ cœlũ. AL. Pariter illi mirãtur quãobrem tu nõ decidas in cœlũ nõ subiectũ sed imminẽs. Cœlũ enim est supra omnia quę intus cõplectitur, nec Antipodes sunt infra te, nihilo magis q̃ tu supra illos: contra nos esse possunt, infra nos nõ possunt, Alioqui iustius admirateris quur rupes

pes quas sustinet Antipodū terra nō decidāt, cœlūq; prūpāt. CV. Quę est igitur natiua sedes grauium, quæ contra leuium? AL. Ad terram natiuo motu deferuntur omnia grauia, ad cœlum leuia, de motu violento aut animalis iam non loquimur. CV. Est igitur motus aliquis, qui dicitur animalis? AL. Est. CV. Quinam? AL. Is fertur iuxta quatuor corporis situs, prorsum, retrorsum, ad dextram ac leuam, & in circulum, & in principio ac fine celerior est, in medio lentior. Nā in initio vigor addit alacritatem, in fine propinquo spes perueniendi quo tēdit animal. CV. Nescio quid alijs accidat animalibus, sed habeo famulam, quę lassa est priusquam incipiat, delassata priusq̄ opus absoluat. Verum redi ad id quod agere cœpisti. AL. Natiuo inquam motu quæ grauia sunt ferūtur deorsum. Et quo quidq; grauius est hoc celeriore motu ferē ad terrā, quo leuius, hoc maiore impetu rapitur in cœlū. Cōtra fit in motu violēto, qui celerior in initio, paulatim segnescit quū cōtra fiat in motu naturali, veluti sagitta in altum missa & saxum ex alto decidens. CV. Atqui ego putabam homines sic per orbem terræ discurrere, quemadmodum minutissimæ formicæ cursitant in prægrandi sphæra, hærēt vndiq;, nec vlla decidit. AL. In caussa sunt, sphæræ superficies, nonnihil habens asperum, tum scabricies quædam in formicarum pedibus, quam habent insecta fere omnia, postremo corpusculorū leuitas. id si non credis, fac sphæram vitream bene leuem et glabram, videbis solas formicas nō decidere quæ in summo versantur orbe. CVR. Si quis deus orbem terræ medium perterebret, hinc vsq; ad Antipodes perpendiculo per centrū demisso, quemadmodum solent Cosmographi,

terræ

terræ totius situm in globis ligneis repręsentãtes tum si saxum conijcias in foramen, quo perferetur? ALP. Vsq; ad terræ centrum, ibi quies est omnium grauium. CV. Quid si Antipodes quoq; ex aduerso mittant lapidem? AL. Tunc lapis occurret lapidi circa centrum, ibi conquiescet vterq;. CV. Age si verum est quod dixisti motũ natiuum progressu magis ac magis incitari, si nihil obstet, lapis aut plumbum coniectum in foramen, ob motus vehementiam pretercurret centrum, iamq; prætermisso centro rursum motus erit violentus. AL. Plumbum nunquam perueniret ad centrum nisi liquefactum, sed lapis si pręterea t centrum motu iam violento, primum segnius feretur, nec aliter redibit ad centrum, quàm lapis vt in altum proiectus redit in terram. CV. Sed recurrens natiuo motu, rursus concitato impetu pręteruehetur centrum, itaq; fiet, vt nunquam quiescat lapis. AL. Conquiescet tandem, prætercurrens ac recurrens donec peruentũ fuerit ad æquilibrium. CV. At si nihil est in rerũ natura vacuum, oportet foramen illud aëre plenum esse. AL. Esto. CV. Pendebit igitur in aëre corpus natura graue. AL. Quid ni, quemadmodum chalybs in aëre pendet, vndiq; librantibus magnetibus. Quid autem prodigij si vnicum saxum pendeat in meditullio aëris quum tota terra tot rupibus onusta ad istum pendeat modum? CV. Sed vbi est terræ centrum? AL. Vbi est circuli centrum? CV. Id quidem est punctum indiuisibile. Si tantillum est terrę centrum, quisquis perforauerit mediam terram, auferet centrum, nec habebunt grauia quo ferantur. ALP. Ne tu satis ociose nugaris. CV. Ne quæso succenseas, discendi studio loquor, quicquid loquor. Si quis terræ

sphæram perterebret non per ipsum cētrum, sed à latere, puta vt absit à centro centum stadijs, quo tum feretur coniectus lapis? AL. Non feretur recta per foramen, imò potius recta, sed ad cētrū: Itaq; priusquam perueniet ad medium, iam conquiescet in terra quę ad lęuam est, si cētrum est ad lęuam. CV. Sed quid est hoc quod reddit corpus graue aut leue? AL. Ad istuc respondeat tibi deus, quur ignem fecerit omnium leuissimum, aërē proxima leuitate, terram grauissimam, proxima grauitate aquam. CV. Quur igitur nubes aqueæ pendent in sublimi aëre? AL. Quoniam à sole attrahente concipiūt naturam igneam, quemadmodum fumus è lignis humentibus violento calore excussus. CV. Quur igitur tanto pondere decidunt, vt interdum montes in planiciem redigāt? AL. Concretio densitasq; addit pondus. Alioqui possunt sic videri sustineri ab aëre subiecto quēadmodū tenuis ferri lamina sustinetur summa aqua. CV. Sic igitur putas, quod plurimum habet igneæ naturæ esse leuissimum, quod terrenæ grauissimum. AL. Haud procul abes à scopo. CV. Atqui nec quiuis aër pariter leuis est, nec quæuis terra pariter grauis, idem de aqua fortasse sentiendū. AL. Nec mirum, quum ista quæ nominasti non sint elementa pura, sed ex varijs elementis temperata. itaque probabile est eam terram esse leuissimam, quæ plurimū habet ignis aut aëris admixtum, eam aquam esse grauissimam, quæ grauiorē terram habet admixtam, qualem arbitror esse marinam, & eam vnde cōficitur sal, itidem aër aquę terręue proximus, grauior est, aut certe minus leuis est eo, qui procul abest à terra. CVR. Vtrum habet plus terrenæ naturæ, lapis, an plumbum? ALPH. Lapis, CV. Et tamen plumbum lapide

grauius est pro ratione portionis. ALP. In caussa est densitas: lapis enim rarior est, eoq; plus habet aëris, q̃ plumbum. Hinc est quod videmus quoddam terræ genus desiccatum si cõijciatur in aquam non subsidere sed natare: eadem de caussa videmus totos agros natantes, sustinentur enim cauis radicibus arundinum, aliarumq; palustriũ herbarum inter se connexis. CV. Hinc fortassis & pumicũ leuitas. AL. Quia pleni cauernis sunt præterea multo igni decocti. submittuntur enim è locis ardentibus. CV. Vnde tanta suberis leuitas? AL. Iam dictum est. Raritas enim in caussa est. CV. Vtrum est grauius plumbum aut aurũ? AL. Aurum opinor. CV. Aurum tamẽ videtur habere plus igneæ naturæ. AL. Quia noctu velut ignis lucet, vt ait Pindarus? CV. Scilicet. AL. Sed densitas in auro maior. CV. Vnde id deprehẽditur? AL. Respondebũt aurifices, nec argentũ nec plumbũ, nec æs cypriũ, nec vllũ simile genus latius diducitur malleo q̃ aurum. Eadẽ ratione philosophi deprehẽderunt nihil esse liquidius melle & oleo, quod si quis hæc inunctione dilatet, & latissime diffunditur humor, et sic cessit serius. CV. Sed vtrum grauius est, oleũ an aqua? AL. Si de oleo lini loqueris, arbitror oleum esse grauius. CV. Quur igitur aquæ supernatat oleũ? AL. Leuitas nõ est in caussa, sed ignea olei natura, tum peculiaris oĩm pinguiũ vis ab aqua abhorrẽs, quę est in herba quę dicitur ἄβαπτος. CV. Quur igitur non natat ferrum igni candẽs? AL. Quia non est calor natiuus. Et ideo citius penetrat aquã, quod caloris magnitudo dispellat obstãtem liquorem. Sic cuneus ferreus citius petit ima q̃ lamina. CV. Vtrum intolerabilius est ferrum candẽs, an frigidũ? AL. Candẽs. CV. Grauius

igitur. AL. Est, si commodius est gestare manu paleã incẽsam quã silicẽ frigidũ. CV. Quid est in caussa quod lignum ligno leuius aut grauius est? AL. Densitas ac raritas. CV. At ipse noui quendam è familia regis Britanniæ, qui in cõuiuio ostẽdit nobis lignum, eius vt aiebat arboris, quæ fert Aloen: adeo solidum erat, vt lapis videri posset: adeo manibus librãti leue, vt arũdo videri posset, & si quid sicca arundine leuius: impositum vino (putabat enim ita depelli venena) mox properabat ad fundum vt vix plumbũ celerius. ALP. Nec densitas, nec raritas semper in caussa est, sed peculiaris & occulta in rebus cognatio, quæ facit vt quædã sese amplectãtur, aut refugiant. veluti magnes attrahit chalybem, vitis refugit brassicã, & flamma etiam è longinquo ad naphtham trãsuolat, aliquanto inferiore loco positam, quum naphtha sit natura grauis, flamma leuis. CVR. Omne genus aëris innatat argento viuo, solum aurum subsidit & circumuoluitur, quum argentum viuum sit materia liquidissima. AL. Non habeo quod respondeam, nisi peculiarem naturę cognationem, ad hoc enim natum est argentum viuum, vt purget aurum. CV. Cur Arethusa fluuius, subter mare Sicanum transit, ac non potius innatat, quum antea dixeris marinam aquam fluuiatili esse grauiorem? AL. Naturale dissidium est in caussa, sed arcanum. CV. Quur natant cygni, quum homines eãdem aquã ingressi pessum eant. AL. In caussa est non tantum pennarũ cauitas leuitasq;, verum etiam siccitas, quam aqua refugit. hinc est quod in panno linoue vehementer sicco, si ponas aquam aut vinum, in globum se cõtrahit, sin in humidum mox spargitur. Itidem si infundas liquorem in cyathum siccum, aut marginibus

ginibus pingui oblitis, & infundas aliquãto plus quàm cyathus capit, liquor circa medium citius colligit sese in rotundum quàm transeat margines. CV. Quur in fluminibus naues minus sustinent oneris quàm in mari. AL. Quia subtilior est fluuiatilis aqua. Eadem de caussa volucres facilius sese librant in aëre crassiore, quàm vehementer subtili. CV. Cur non subsidũt Flotæ? AL. Quoniam cutis sole desiccata & leuior facta est, & humorem respuens. CV. Quur ferrum diductum in amplam laminam natat, quum idem con tractum sidat? AL. Partim siccitas est in caussa, partim aër inter aquam & laminã mixtus. CV. Vtra res grauior, aqua an vinum? AL. Arbitror vinum non cedere aquæ. CV. Quamobrem ergo qui ab œnopolis emũt vinum, aquam pro vino repetiunt in imo dolio. AL. Quia vinum habet pingue quiddam, quod aquæ refugit liquorẽ, non aliter quàm oleum. Argumentum in promptu est, Quo vinum est generosius, hoc & difficilius admiscetur aquæ, & incensum ardet vehementius, CV. Quur in Asphaltite lacu nullũ corpus animalis viuum mergitur? AL. Nõ est meũ ad omnia naturæ miracula respondere. Habet illa quædam arcana, quę nos mirari voluit, scire nõ luit. CV. Quur homo macilentus obeso grauior est si cætera sint paria? AL. Quoniam ossa densiora sunt carne, & ideo grauiora. CV. Quur idẽ homo ieiunus grauior est seipso pranso, quũ corpori onus accesserit? AL. Cibo potuq; spiritus augentur, & ij addunt corpori leuitatẽ. Vnde & hilaris leuior est mœrente, & mortuus viuo longe grauior. CV. Sed qui fit, vt idẽ homo quum vult, faciat se grauiorẽ aut leuiorẽ? AL. Contento spiritu reddit se leuiorẽ, emisso grauiorem. Sic

natat vesica inflata & clausa, pertusa sidit. Sed quã Curio desinet nobis occinere cur? CV. Desinã si mihi pauca etiam dixeris, cœlum vtrum graue sit an leue? AL. An leue sit nescio, certe graue nõ potest esse, quũ sit naturæ igneæ. CV. Quid igit̃ sibi vult vetus prouerbium, Quid si cœlũ ruat? ALP. Quia rudis antiquitas Homerum sequuta credidit cœlũ esse ferreũ. Sed Homerus à coloris similitudine ferreũ dixit, non à pondere, quemad modũ nos cineraceũ dicimus, quod cineris colorem prę se fert. CV. Est igitur cœlum coloratũ? AL. Nõ vere, sed tale nobis videtur propter aërem & liquorẽ mediũ: queadmodũ sol nobis nũc rubet, nũc fuluet, nũc candicat, quum is nihil talium mutationum recipiat. Itidem et Iridis pictura, non in cœlo est, sed in aëre humido. CV. Verum vt finiam, fateris cœlo nihil esse sublimius, quacunque tegit orbem terræ? AL. Fateor. CV. Et centro terræ nihil esse profundius? AL. Scilicet. CV. Inter omnes rerum species quid est grauissimum? AL. Aurum opinor. CV. Hic abs te vehementer dissentio. AL. An scis aliquid auro grauius? CV. Scio, & quidem multis partibus. AL. Proinde me vicissim doce, quãdo scis quod me nescire profiteor. CV. Quod igneos illos spiritus è summo cœli vertice depressit in ima tartari, Nam ea collocant in centro terræ, nonne oportuit omnium esse grauissimum? AL. Fateor, sed quidnam fuit illud? CV. Peccatum, quod & hominum animas, quas Maro vocat aurai simplicis ignes, eodem demergit. AL. Si libet ad istud philosophiæ genus demigrare, fateor & aurum & plumbum esse plumeæ leuitatis si cum peccato conferatur. CV. Qui fiet igitur, vt qui hac sarcina sunt onusti, subuolent in cœlum? AL. Profe-

cto non

cto non video. CV. At qui sese parant ad cursum saltumue, non solum quicquid est oneris abijciūt, verum etiam contento spiritu sese reddūt leuiusculos: & ad hunc cursum saltumque quo ferimur in coelum, non studemus illud abijcere, quod omni saxo omni plumbo grauius est? ALPHIVS. Faceremus, si vel micam sanæ mentis haberemus.

EPICVREVS.

HEDONIVS, SPVDÆVS.

QVid venatur meus Spudæus, quod sic totus incumbit libro, nescio quid secū murmurans? SPV. Plane venor Hedoni, sed nihil aliud quàm venor. HE. Quid voluminis est, quod habes in sinu? SP. Dialogi Ciceronis de finibus bonorū. HE. At quanto satius esset quærere bonorum initia quàm fines. SP. Sed M. Tullius finem boni appellat, bonum omnibus numeris absolutum, quod qui sit assequutus, prǽterea nihil desideret. HEDO. Opus cum primis eruditum & eloquens, sed num tibi videris aliquod operǽprecium fecisse, quod ad veri cognitionem attinet? SP. Hoc mihi videor fecisse lucri, quod nunc magis etiam ambigam de finibus quàm antea. HE. Agricolarum est ambigere de finibus. SPV. Nec satis queo mirari, de re tanta inter tantos viros tantam fuisse sententiarum pugnā. HE. Nimirum quia foecundus est error quū simplex sit veritas. Quoniam totius negocij caput ac fontem ignorant, diuinant ac delirant omnes, sed quæ sententia tibi videtur esse scopo vicinior? SP. Quum audio impugnantem M. Tullium, di-

fplicent fingulæ: rurfus quum audio defendentē, fio prorfus ἐφεκτικός. mihi tamē Stoici videntur minus aberrare à vero, quibus proximum locum tribuo Peripateticis. HE. At mihi nulla secta magis arridet, quàm Epicureorum. SP. Atqui inter omnes nulla dānatior omniū fuffragijs. HE. Miffam faciamus nominum inuidiā, fuerit Epicurus, qualē quifque velit, rem per fe confideremus. Ille felicitatē hominis collocat in voluptate, eāque vitam iudicat beatiffimam quæ plurimum habeat voluptatis, triftitiæ que minimum. SP. Sic eft. HE. Quid dici potuit hac fententia fanctius? SP. Imo clamitant omnes hanc effe vocem pecudis, non hominis. HE. Scio, fed ifti errant in rerū vocabulis. Quod fi de veris loquamur, nulli magis funt Epicurei q̄ Chriftiani pie viuentes. SP. Cynicis propiores; nam ifti fe macerant ieiunijs, deplorant fua commiffa, & aut funt tenues, aut benignitas in egenos conciliat illis inopiam: opprimuntur à potentioribus, deridentur à plerifque. Si voluptas adfert felicitatem, hoc vitæ genus à voluptatibus quàm longiffime videtur abeffe. HE. Admittis ne autoritatem Plautinam? SP. Si quid recte dicat. HE. Accipe igitur nequiffimi ferui dictum omnibus Stoicorum paradoxis fapientius. SP. Expecto. HE. Nihil eft miferius q̄ animus fibi male confcius. SPV. Non reijcio dictum: fed quid hinc colligis? HE. Si nihil miferius aio fibi male confcio, confequitur nihil effe felicius animo fibi bene confcio. SP. Recte quidem colligis, fed in qua tandem regione inuenies iftum animū nullius mali fibi confcium? HE. Malum appello quod dirimit amicitiam inter deum & hominē. SPV. Et ab hoc mali genere puto perpaucos effe puros. HE. Ego vero & purgatos habeo pro puris.

ris. Qui lixiuio lachrymarum, ac pœnitentiæ nitro aut charitatis igni maculas absterserũt, eis nõ solum nihil nocent peccata, verum etiam frequẽter in maioris boni materiam cedunt. SP. Equidẽ nitrum & lixiuium noui, igni purgari maculas nunquam audiui. HE. Atqui si adeas argentarias officinas, videbis aurum igni purgari. Quanquã & lini genus est, quod coniectum in ignem non exuritur, sed nitidius splendescit, quàm vlla possit aqua, eoq; viuum appellant. SP. Næ tu nobis adfers paradoxũ omnibus Stoicorũ paradoxis παραδοξότερον. Viuunt illi vitam voluptuariã, quos Christus appellauit ob id beatos, quod lugeant? HE. Mundo videntur lugere, sed re vera delitiantur, ac quod dici solet, toti melle peruncti suauiter viuunt, adeo vt cum his collati, Sardanapalus, Philoxenus, Apitius, aut si quis alius est voluptatum studio nobilitatus, tristem ac miserã peregerint vitam. SPV. Noua narras, sed vix credenda. HE. Experire, & omnia terq; quaterq; dices vera fuisse mea. Efficiam tamen vt arbitror ne videatur vsq; adeo veri dissimile. SP. Accingere. HE. Faciam si mihi prius quædam concesseris. SP. Modo tu æqua postules. HE. Lucrũ annumerabo, si sortem dederis. SP. Age. HE. Primum illud opinor dabis, nonnihil interesse inter animam & corpus. SP. Quantum inter cœlum & terram, inter immortale & mortale. HEDO. Deinde falsa bona non esse ponẽda in bonis. SP. Nihilo magis quàm vmbræ habendæ sunt pro corporibus, aut præstigiæ magorum, somniorũue ludibria ducenda sunt pro veris. HE. Hactenus commode respondes. Dabis opinor & illud veram voluptatem non cadere, nisi in animum sanum. SP. Quid ni? Nullus enim sole delectatur

si lippiant oculi: aut vino, si febris palatum infecerit. HE. Nec ipse ni fallor, Epicurus amplecteretur voluptatem, quæ longe maiorem cruciatum, multoq; diuturniorem secum adduceret. SP. Nō arbitror, si quis modo sapiat. HE. Nec illud negabis, deum esse summum bonum, quo nihil pulchrius, nihil amabilius, nihil dulcius. SPV. Istud nullus iuerit inficias, nisi Cyclopibus immanior, quid tū postea? HE. Iam mihi donasti, nullos suauius viuere, quàm qui pie viuunt, nullos miserius & afflictius, quàm qui viuunt impie. SPV. Plus igitur largitus sum quàm putabam. HE. Sed qđ recte datum est, vt ait Plato, non oportet reposcere. SP. Age. HE. Catella quæ habetur in delicijs pascitur lautissime, cubat molliter, ludit ac lasciuit iugiter, an non viuit suauiter? SP. Viuit. HE. Optares tibi talem vitam? SP. Bona verba, nisi pro homine velim esse canis. HE. Fateris igitur præcipuas voluptates ab animo proficiscivelut à fonte? SP. Apparet. HE. Tanta enim animi vis est, vt sæpe doloris externi sensum adimat: nonnunquam quod per se est amarum, reddat iucundum. SP. Istuc quotidie videmus in amantibus, quibus dulce est peruigilium, & hybernis noctibus excubare ad amicæ fores. HED. Iam illud reputa, si tantam vim habet amor humanus, qui nobis cū tauris & canibus est communis, quanto plus valeat amor ille cœlestis à Christi spiritu profectus, cuius tanta vis est vt mortem quoque qua nihil terribilius reddat amabilem? SPV. Quid alij sentiant intus nescio, certe carent multis voluptatibus qui adhærent veræ pietati. HE. Quibus? SP. Non ditescunt, non assequuntur honores, nō cōuiuantur, non saltant, non canūt, non olēt vnguēta, non rident, non ludūt. HE. De diuitijs & ho-

noribus nulla erat hic facienda mentio, quæ non adferunt vitam iucundam, sed soliciram potius & anxiam: de cæteris agamus quæ cum primis venantur quibus studio est suauiter viuere. Nonne quotidie vides ebrios, fatuos & insanos, ridẽtes ac saltantes? SPV. Video. HE. Num putas illos suauiter viuere? SPV. Hostibus contingat illa suauitas. HE. Quamobrem? SPV. Quia non adest sana mens. HE. Tu igitur malles ieiunus incumbere libro, quàm ad eum modum delectari? SPV. Plane mallem, vel agrum fodere. HE. Nam inter diuitem ac temulentum nihil interest, nisi quod huic insaniæ medetur somnus, illi vix medicorum cura succurrit. Natura fatuus nihil differt ab animante bruto, præter formam corporis, sed leuius miseri sunt quos natura genuit brutos, quàm qui beluinis cupiditatibus obbrutuerunt. SPV. Fateor. HE. Iam num tibi sobrij videntur aut sani qui propter præstigias vmbrasq; voluptatum, & veras animi voluptates negligunt, & veros sibi cruciatus accersunt? SPVD. Non videntur. HE. Non sunt illi quidẽ temulenti vino, sed amore, sed ira, sed auaricia, sed ambitione, alijsq; prauis cupiditatibus, quæ longe perniciosior est ebrietas, quàm quæ vino contrahitur. Syrus ille in comœdia posteaquam edormiuerat villũ quod biberat, sobria loquitur: at animus viciosa cupiditate ebrius, quàm grauate redit ad sese, quot annis vrget mentem, amor, ira, odium, libido, luxus & ambitio? quã multos videmus ab adolescentia ad decrepitã vsq; ætatem ab ambitionis, auariciæ, libidinis, luxusq; temulentia nunq̃ expergisci ac resipiscere? SPV. Istiusmodi noui nimiũ multos. HE. Largitus es falsa bona non esse in bonis ducenda. SPV. Nec re-

 posco

posco. HED. Nec est vera voluptas nisi quæ ex veris nascitur. SPV. Fateor. HE. Non sunt igitur vera bona, quę vulgus hominum per fas nefasq; venatur. SPV. Non arbitror. HED. Si vera essent bona, non contingerēt nisi bonis, & beatos redderent quibus obueniūt. Quid autem voluptas? num vera videtur quæ non ex veris bonis, sed ex falsis bonorū vmbris nascitur? SPV. Nequaq;. HE. At voluptas efficit, vt suauiter viuamus. SPV. Maxime. HE. Nullus igitur vere viuit suauiter, nisi qui pie viuit, hoc est, qui veris fruitur bonis: sola aūt pietas reddit hominē beatū, quæ deū summi boni fontē homini sola conciliat. SPV. Propemodum assentior. HED. Nunc mihi vide quot parasangis absint à voluptate, qui vulgo videntur præter voluptates nihil sequi. Primum animus illorū impurus est, & cupiditatū fermento vitiatus, vt etiam si quid incidat dulce, protinus amarescat, quēadmodum fonte vitiato nō potest non esse liquor insipidus. Deinde non est vera voluptas, nisi quæ sano percipitur animo Nam irato nihil vindicta iucundius: sed ea voluptas vertitur in dolorem, simul atq; morbus animum reliquerit. SPV. Non refragor. HE. Postremo voluptates illæ sumuntur ex falsis bonis, vnde consequitur & illas esse præstigias. Quid porro diceres, si videres hominem magicis artibus delusum, vesci, bibere, saltare, ridere, plaudere, quum nihil earum rerum vere adesset, quas se videre credit? SPV. Equidem & insanum dicerem & miserū. HE. Simili spectaculo ipse nonnunq; interfui. Sacerdos erat, qui callebat artem præstigiatoriam. SPV. Eam non didicerat è literis sacris. HE. Imò è sacerrimis, hoc est execratissimis hunc aliquot aulicæ fœminæ frequenter appellabant

bant, vt acciperentur ab eo conuiuio, sordes & parsimoniā opprobrantes, annuit, inuitauit. Venerunt ieiunæ, quo lubentius epularentur. Accubuerunt, nihil aberat vt videbatur lautitiarum. Explerunt sese affatim. Peracto conuiuio egerũt conuiuatori gratias, ac discesserunt suam quæque domum. At mox cœpit oblatrare stomachus, demirantur quid esset hoc monstri, statim à prandio tam splendido esurire ac sitire. Res tandem erupit, & in risum abijt. SPVD. Et merito, præstiterat domi lenticula placare stomachum, q̃ inanibus spectris delitiari. HEDO. At mihi videtur multo magis esse ridiculum vulgus hominum pro veris bonis inanes bonorum vmbras amplecti, & his præstigijs delectari, quæ non exeunt in risum, sed in luctus sempiternos. SPVD. Quo propius intueor, hoc mihi videre minus absurda loqui. HEDO. Age, largiamur, vt interim in nomen voluptatis veniant, quæ re vera non sunt, appellares ne mulsum dulce, cui longe plus esset admixtum aloes q̃ mellis? SPV. Non dicerem si vel triens aloes esset admixtus. HEDO. Aut optares tibi malam scabiem, quod scalpendi aliqua sit voluptas? SPV. Non si compos sim mentis. HED. Fac igitur tecum subducas rationem, quantum amaritudinis admixtum sit, istis falso nomine voluptatibus, quas gignit amor impudicus, libido illicita, comessatio ac temulentia. Omitto nunc quod est omnium caput conscientiæ cruciatus, inimicitiā cum Deo, expectationem æterni supplicij. Quod obsecro in his voluptatis genus est, quod non ingens externorum etiam malorum agmen secum adducat? SPVD. Quænam? HED. Rursus omittamus auaritiam, ambitionem, iram, su-
perbiam

perbiam, inuidiam, quæ per se tristia sunt mala, conferamus illa, quæ præcipue delectationis nomine commendantur. Quum largiori potationi succedit febris, capitis dolor, alui tormina, ingenij stupor, famæ macula, memoriæ detrimentum vomitus, & ruina stomachi, tremor corporis, nū vel Epicurus existimaret eam voluptatem expetendam. SPVD. Fugiendam diceret. HEDO. Quum adolescentes è scortatione nouam lepram quam nunc ὑποκορίζοντες, quidam Neapolitanam scabiem appellant, sibi vt ferè sit contrahunt, per quam toties sit illis in vita moriēdum, semperq; viuum cadauer circunferendum, nonne belle videntur ἐπικουρίζειν? SPV. Imo ἐπὶ κουρεῖα θεῖν. HE. Iam finge delectationis ac doloris equilibrium, optares ne tandiu cruciari dolore dentium, quandiu durauit potationis aut scortationis voluptas? SPV. Equidē mallem vtroq; carere, nam voluptatem emere dolore, non est lucrum, sed pensatio. hic sane potior est ἀναλγησία, quam Cicero ausus est indolentiam appellare. HE. At nunc voluptatis illicitæ titillatio præterquam quod longe minor est cruciatu quem adducit, tēporis etiam exigui est. Lepra vero contracta per omnem vitam misere discruciat, totiesq; mori cogit, priusquam mori liceat. SPV. Tales discipulos non agnosceret Epicurus. HED. Luxuriæ comes plerunq; est egestas, onus & miserum & graue. Libidinis immodicæ paralysis, tremor neruorum, lippitudo ac cæcutientia, lepra, at non hæc tantum. An non egregia negociatio, nec veram, nec synceram, ad hæc breuem delectationem, tot tanto grauioribus ac diuturnioribus commutare malis? SPV. Vt non

accedat

accedat cruciatus, mihi stultissimus negociator esse videatur, qui gemmas vitro permutet. HED. Illud dicis, qui vera animi bona, ob fucatas corporis voluptates amittat. SP. Ita sentio. HED. Nunc redeamus ad exactiorem supputationem, nec febris aut egestas semper comitatur luxum, nec noua lepra, aut paralysis semper comitatur Veneris immodicum vsum: sed conscientiæ cruciatus, quo nihil esse miserius iam inter nos cõuenit, semper comes est illicitæ voluptatis. SPV. Imò præcurrit interdum, & in ipsa voluptate fodicat animũ. Sunt tamen quos dicas hoc sensu carere. HED. Iam hoc ipso infeliciores, Quis enim non malit sentire dolorem, quàm corpus habere stupidum & sensus expers? Verum vt nonnullis vel cupiditatum intemperantia, velut ebrietas q̃dam, vel viciorum assuetudo ceu callus quidam, mali sensum adimat in iuuenta, quum ad senectutem peruentum fuerit ac præter innumera incõmoda, quorum thesaurum superioris vitæ commissa reposuerũt, de propinquo terret mors, nulli mortalium euitabilis, tanto grauius discrutiat conscientia, quãto magis per omnem vitam stupuit. Tum enim velit nolit expergiscitur anim⁹. Senectus aũt quum per se sit tristis, quippe multis naturæ incõmodis obnoxia, quanto miserior est, atq; etiam turpior, si vrgeat animus sibi male conscius? Conuiuia, comessationes, amores, choreæ, cantilenæ, cęteraq; quæ iuueni videbantur suauia, seni sunt amara: nec aliud habet ętas illa quo se fulciat, nisi si adsit vitæ innocenter actæ recordatio, ac spes vitæ melioris. Hi sunt duo scipiones, quibus nititur senecta. Quod si pro his subductis, imponas geminam sarcinam, vitæ perperam actæ memoriam, & futuræ fœlicitatis desperationem

rationem

rationem, obsecro quod animal fingi potest af-flictius aut miserius? SPVD. Equidem non vi-deo, etiam si quis τὸ ἵππου γῆρας obijciat. HE. Tum demum sero sapiunt Phryges, & illud verissime dictum: Extrema gaudij luctus occu-pat, &, non est oblectamentum super cordis gau dium, &, animus gaudens floridam ætatem fa-cit, spiritus tristis exiccat ossa. Item illud: omnes dies pauperis mali, hoc est afflicti ac miseri, secu-ra mens quasi iuge conuiuium. SPVD. Sapiunt igitur qui mature rem faciunt, & colligunt via-ticum venturæ senectuti. HED. Scriptura my-stica non tam humi repit, vt fortunæ bonis me-tiatur fœlicitatem. Is demum eximie pauper est, qui nudus est omni virtute, & animam simul cũ corpore debet Orco. SPV. Is quidem exactor est implacabilis. HED. Is vere diues est, qui De-um habet propitium. Quid autem metuat, qui ta lem habeat protectorem? num homines? Minus potest vniuersorum hominum potestas aduer-sus Deum, quàm culex aduersus elephantum Indicum, num mortem? ea pijs transitus est ad æternam beatitudinem. num inferos, sed confi-denter Deo loquitur vir pius: Etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoni-am tu mecum es. Quur metuat dæmones, in pe ctore gerens eum, quem tremunt dæmones? nã hominis pij mentem templum esse Dei, non vno in loco prædicat scriptura, vere ἀναντίῤῥη-τος. SPV. Equidem non video, quibus ra-tionibus ista queant refelli, quanquàm videntur plurimum abesse à sensu communi. HE. Qui sic? SPV. Nam ad tuam ratiocinationem quiuis Fran ciscanus vitam agere magis voluptuariã, quàm

alius

alius, opibus, honoribus, breuiter omni genere deliciarum affluens. HED. Adde monarchiæ sceptrum si libet, adde Pontificiam coronam, eamq; è triplici fac centuplicem, modo detrahas animũ sibi bene conscium, audacter dicam, hunc Franciscanum, nudipedem, nodoso fune cinctum, tenuiter ac viliter amictum, ieiunijs, vigilijs, ac laboribus attenuatum, qui teruncium non habet in orbe, modo adsit bona mens, delitiosius viuere, quàm si in vnum hominem sexcentos confles Sardanapalos. SPV. Vnde igitur est, quod pauperes ferè conspicimus tristiores diuitibus? HE. Quia bis pauperes sunt plericq;. Alioqui morbus inedia, vigilia, labores, nuditas, extenuant quidem corporis habitum, sed tamen non in his tantum, sed etiam in ipsa morte sese exerit mentis alacritas. Animus enim quãquàm alligatus est mortali corpori, tamen quoniam naturæ potentioris est, corpus ipsum quodammodo transformat in sese, præsertim si ad vehementem naturæ impetum, accedat ἐνέργεια spiritus. Hinc est quod sæpenumero videmus homines vere pios maiore cum alacritate morientes, quàm alios cõuiuantes. SPV. Istud profecto non raro sum admiratus. HED. Atqui non est admirandum, illic esse inuincibile gaudium, vbi adest omnis lætitiæ fons Deus. Quid autem noui est, animum vere pij hominis gaudere iugiter in mortali corpore, quum idem si ad intima tartari demergatur, nullum fœlicitatis detrimẽtum facturus sit. Vbicunque pura mens est, ibi deus est, vbicunq; deus est, ibi paradisus est, ibi cœlũ est, ibi fœlicitas est: vbi fœlicitas ibi gaudium est verũ, & alacritas syncera. SPVDÆ. Attamen suauius viuerent, si absint incommoda quædam, & adessent

oblectamen-

oblectamenta quæ vel negligunt, vel non asse-quuntur. HE. Quæ vero mihi narras incommoda? Quæ lege cõmuni comitantur conditionem humanam? Famem, sitim, morbum, lassitudinem senectutem, mortem, fulmina, terræ motus, inundationes, bella? SPV. Et ista quoq;. HE. At nos de mortalibus interim agimus, non de immortalibus. Et tamen in his quoq; malis, longe tolerabilior est piorum conditio, quã voluptates corporis per fas nefasq; venantium. SP. Qui sic? HE. In primis quoniam animos habent ad temperãtiam ac tolerantiam exercitatos, cęteris moderatius ferunt ea quæ vitari non possunt. Dein quoniã intelligunt illa omnia á Deo immitti vel ad purgationem criminum, vel ad exercitationẽ virtutis, non modo non patienter, verum etiã gaudenter, tanq; obedientes filij illa de manu propitij patris accipiunt, atq; etiam gratias agunt, vel pro clementi correctione, vel pro inęstimabili lucro. SP. Sed multi sibi accersunt corporis molestias. HE. Sed plures adhibent medicorũ remedia, quo corporis sanitatẽ vel tueantur, vel recuperent, cæterum accersere molestias, hoc est inopiam, aduersam valetudinem, persequutionẽ, infamiam, nisi quum huc impellit Christiana charitas, non est pietatis sed stultitiæ. Cæterum quoties infliguntur ob Christũ, & ob iustitiam, quis ausit eos vocare miseros, quũ ipse Dominus appellet eos beatos, & horum gratia gaudere iubeat? SPV. Habent tamen interim & ista sensum cruciabilem. HE. Habent, sed quem facile absorbet, hinc metus gehennæ, illinc spes æternæ beatitudinis. Age si tibi persuasum esset te nunquam ægrotaturũ, aut vllã corporis molestiam sensurũ in omni vita, si semel patiaris cuspide aciculæ tibi

summam

summam pungi cutem, nonne lubens & gaudens acciperes tantillum dolorem? SPV. Maxime. Imò si certo sciam mihi nunquam in vita dolituros dentes, æquo aīo patiar, vel altius infigi acū, atq; etiā ambas aures subula perforari. HE. Atqui quicquid in hac vita accidit afflictionis, leuius ac breuius est ad ęternos cruciatus, quā momentaneum acus vulnusculum, ad hominis vitā quamuis longam: nulla enim analogia rei finitæ ad infinitam. SPV. Verissima prædicas. HED. Iam si quis tibi persuadeat te per omnem vitam molestia cariturum si semel manu flammam diuidas, quod fieri vetuit Pythagoras, nonne lubens id faceres? SPV. Ego sane vel centies, modo ne me fallat promissor. HED. Deus ne potest quidē fallere, sed ille flammæ sensus diuturnior est, ad totam hominis vitā collatus, quàm tota vita collata ad cœlestem beatitudinem, etiam si quis triū Nestorum excedat annos. Siquidem illa quantumlibet breuis manus iniectio, nonnulla huius vitæ portio est: sed tota hominis vita, nulla portio est æternitatis. SPV. Non habeo quod cōtra dicam. HED. Ad hanc igitur qui toto pectore, certaq; spe properant quum tam breuis sit transcursus, an credis eos huius vitæ molestijs discruciari? SPV. Non arbitror, modo adsit certa persuasio firmaq; spes assequendi. HE. Venio nunc ad oblectamenta quę obijciebas. Abstinent à choreis, à comessationibus, à spectaculis, hęc nimirū ita contemnunt, vt fruantur multo iucundioribus, nec minus oblectentur sed aliter. oculus nō vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quę solatia Deus parauerit diligētibus ipsum. Beatus Paulus agnouit quæ sint cantica, quę choreæ, quæ tripudia, quæ comessationes piarum

mentiũ, etiam in hac vita. SPV. At ſunt quædã voluptates licitæ, quas iſti ſibijpſis interdicunt. HE. Etiam licitarum voluptatũ immodicus vſus eſt illicitus, hunc ſi excipias, in cæteris omnibus ſuperant qui vidẽtur aſperam vitã degere. Quod poteſt eſſe magnificentius ſpectaculum, quàm huius mundi contemplatio? Ex eo longe plus capiunt voluptatis homines Deo chari quàm cæteri. Siquidem hi dum curioſis oculis contemplantur admirandum hoc opus, anguntur animo, quod multarum rerum cauſſas non aſſequantur. In quibuſdam etiã ceu Momi quidam obmurmurant opifici, neque raro naturam pro matre nouercã appellant: quod conuicium verbo tenus quidẽ naturã ferit, ſed reuera in eum redundat, qui naturã condidit, ſi qua eſt omnino natura. At homo pius religioſis ac ſimplicibus oculis magna cum animi voluptate ſpectat opera domini, patriſque ſui, demirans ſingula, nihil reprehendens, ſed pro cunctis gratias agens, quum reputat hæc omnia propter hominẽ eſſe condita. Atque adeo in ſingulis rebus adorat, omnipotentiã, ſapientiam ac bonitatẽ conditoris, quarũ veſtigia perſpicit in rebus conditis. Iam finge mihi eſſe aliquod palatium reuera tale, quale Pſychæ fingit Apuleius, aut ſi quod potes magnificentius elegantiuſque, huc adhibe duos ſpectatores, alterũ peregrinum qui tãtum viſendi cauſſa venerit, alterum ſeruum aut filium eius, qui conſtruxit hoc ædificiũ: vter impẽſius delectabitur, hoſpes ille ad quem ea domus nihil attinet, an filius, qui chariſſimi patris ingenium, opes ac magnificentiam in ædificio magna cum voluptate ſpeculatur, præſertim quum cogitat totum hoc opus ipſius gratia factum eſſe. SPVD. Percontatio tua non eget reſponſo, ſed
plerique

plerique non pijs moribus, sciunt cœlum & quæ cœlo clauduntur hominis caussa esse condita. HEDO. Sciunt plerique omnes, sed non omnibus hoc venit in mentem, & si venit in mentem, plus tamen capit voluptatis qui magis amat opificem: quemadmodum alacrius intuetur cœlum, qui ad vitam cœlestem aspirat. SPVDÆVS. Verisimillima dicis. HEDONIVS. Iam conuiuiorum suauitas, non est sita in lautitijs palati, aut coquorum condituris, sed in prospera corporis valetudine, & stomachi appetentia. Caue igitur putes vllum Lucullum cœnare iucundius appositis perdicibus, phasianis, turturibus, leporinis, scaris, siluris, aut murenis, quàm vir pius cibario pane, holeribus, aut leguminibus, potu vel aquæ vel ceruisiæ tenuis, vel vini probe diluti, propterea quod hæc accipiunt tanquam missus à benigno patre datos, omnia condit oratio, omnia sanctificat precatio præcedens, sacra lectio comes, magis animum reficiēs, quàm esca corpus, & gratiarum actio succedens: postremo surgit à mensa non distentus, sed recreatus, non onustus, sed refectus, & refectus mente pariter & corpore. An tu putas vllum istarū vulgarium cupediarum architectum conuiuari iucūdius? SPVDÆVS. Sed in Venere summa est delectatio, si quid Aristoteli credimus. HEDONIVS. Et hac in parte vincit homo pius non minus q̃ in conuiuio. Rem sic accipe. Quo vehementior est erga vxorem charitas, hoc congressus ille connubialis est iucundior. Nulli porro vehementius amant vxores suas, quàm qui sic diligunt eas, sicut Christus dilexit ecclesiam. Nā qui eas voluptatis gratia diligunt, ne diliguntur quidem. Adde quod quo rarior est cum vxore cō-

gressus, hoc est suauior, quæ res nec impium poetam latuit, qui scripsit: Voluptates commendat rarior vsus. Quanquam minima voluptatis pars in coitu sita est. Longe maior est in perpetuo conuictu, qui inter nullos potest esse iucundior, quàm inter eos, qui se Christiana charitate synceriter amant, & amant pariter mutuo. In aliis frequenter cũ senescente voluptate senescit amor, Christiana charitas hoc magis virescit, quo magis delectatio carnis decrescit. An nondum tibi persuasi nullos viuere iucundius quàm qui cum pietate degunt? SPVD. Vtinam itidem sit persuasum omnibus. HEDO. Quod si Epicurei sunt, qui suauiter viuunt, nulli verius Epicurei sunt, quàm qui sancte pieq; viuunt. Et si nos tangit cura nominum, nemo magis promeretur nomen Epicuri, quàm adorandus ille Christianæ philosophiæ princeps. Græcis enim ἐπίκουρος auxiliatorẽ declarat. Quũ naturę lex esset vitiis tantũ nõ obliterata quum Mosi lex magis irritaret cupiditates quàm sanaret, quũ impune regnaret in mũdo tyrannus Satanas, solus ille pereunti humano generi præsentaneam attulit opem. Proinde vehementer falluntur quidam, qui blaterant Christum natura fuisse tristem quempiam, ac melancholicum, nosq; ad inamœnum vitæ genus inuitasse, imò is vnus ostendit vitam omnium suauissimam, veræq; voluptatis plenissimam, tantum absit lapis ille Tantaleus. SPV. Quid istuc ænigmatis est? HE. Ridebis fabulam, sed hic iocus seria ducit. SPV. Expecto iocum seriũ. HE. Narrant ii quibus olim studio fuit Philosophiæ præcepta fabularum inuolucris tegere, Tantalũ quendam adhibitum fuisse Deorum mensæ, quã volunt esse lautissimam. Quum hospes esset di-

mittendus. Iupiter hoc suæ dapsilitatis esse ratus ne conuiua discederet absque xenio, permittit vt quod vellet peteret, accepturus quicquid petisset Tantalus autem stolidus, vt qui beatitudinẽ hominis vẽtris & gulæ delectatione metiretur, optauit vt sibi per omnem vitam liceret tali mensæ accumbere. Annuit Iuppier, & ratum erat votũ. Tantalus assidet mensæ omni genere delitiarum instructæ, appositum est nectar, nec desunt rosæ, nec odores, qualibus deorum nares possint oblectari, adstat pocillator Ganymedes aut Ganymedi similis, circunstant Musæ suauiter canentes, saltat ridiculus Silenus, nec absunt Moriones, breuiter quicquid vllum hominis sensum possit oblectare. Sed inter hæc omnia ille sedet tristis, suspirans & anxius, nec hilarescens risu, nec attingens apposita. SP. Quid in caussa? HE. Quoniam supra caput accumbentis de pilo pendet ingens saxum iamiam casuro simile. SP. Ego me à tali mensa subducerem. HE. Sed illi votum transijt in necessitatem, neq; enim Iuppiter tam placabilis est quàm noster Deus, qui perniciosa vota mortaliũ rescindit si modo pœniteat. Quanquàm & alioqui, ne se Tantalus subducat, vetat idem lapis, q prohibet vesci. Metuit enim, ne si se commouerit, ilico saxi ruina conteratur. SP. Ridiculam fabulam. HE. At nunc audi quod non rideas. vulgus à rebus externis petit vitam iucundam, quũ eam non præstet nisi mens secura: nam sibi male conscijs saxum multo grauius impendet, quàm impendet Tantalo. Imo non impendet sed vrget premitq; mẽtem, nec inani metu discrutiatur animus, sed in singulas horas expectat, vt cõijciatur in gehennam. Obsecro quid est tam suaue in rebus humanis quod mẽtẽ tali saxo pressam possit


vere exhilarare? SP. Nulla profecto res nisi vel dementia, vel incredulitas. HE. Hæc si perpenderent adolescentes, qui voluptatibus ceu poculo Circeo dementati, pro vere iucundis amplectuntur mellita venena, quanto studio cauerent, ne quid per incogitantiam admitterent, quod in omnem vitam mordeat animum. Quid non facerent vt hoc viaticum pararent senectuti venturæ, mentē sibi bene consciam, & famam nulla labe contaminatam? Quid autem illa senectute miserius, quæ quum respicit in tergum, magno cum horrore videt, quàm speciosa sunt quæ neglexit, quàm fœda quæ amplexa est, rursus quum à fronte prospicit, cernit imminere diem supremum, et ab hoc protinus æterna gehennæ supplicia. SP. Felicissimos arbitror, qui primam ætatem seruarunt incontaminatam, & in pietatis studio semper proficientes peruenerunt vsque ad senectutis metam. HE. Proximus locus debetur ijs, qui à iuuenili temulentia mature resipuerint. SPV. Sed quid consilij das illi misero seni? HEDO. Nulli desperādum, quàm diu spirat, iubebo ad Domini clementiam confugere. SPV. Sed quo fuit vita longior, hoc magis accreuit scelerum cumulus, iam harenam exuperans quæ est in littore maris. HE. Sed eas harenas longe superant misericordiæ Domini, harena tametsi non est homini numerabilis, finito tamen est numero, at Domini clementia nec modum nec finem nouit. SPV. Sed non est spatium breui morituro. HEDON. Quo minus est spatij, hoc clamet ardentius. Apud Deum satis longum est quod à terris ad cœlum valeat pertingere. Penetrat autem & breuis precatio cœlū, modo vehementi spiritus impetu eiaculetur. Euangelica peccatrix, fertur per omnem vitam egisse


pœni-

pœnitentiam. Sed latro in ipsa morte, quàm paucis verbis impetrauit à CHRISTO paradisum? Si toto pectore clamauerit, miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, Dominus tollet saxum Tantaleum, dabit auditui illius gaudium & lætitiam, & exultabunt de condonatis peccatis ossa per contritionem humiliata.

FINIS.

Typis Ioan. Graphei. M.D.XXXV.





Terentius in adelphis

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit quin res
etas usus aliquid novi afferat.